





1
1
6
150









47

ANT. MANCINELLI

Speculum de Moribus: & Officiis.

D: Alexandro Pharneso: oĩ uirtute Clarissimo: græcæ & latinæ linguæ eruditissimo.
Cardineiq; sacri Cœtus decori summo:

Doctrina ingenio summa pietate refulgens:
Ad tua uirtutum limina tendit opus.
Corrige: nam cunctis uirtutibus ipse refertus:
Quam primum nosces: quicquid inest uitii:
Tu prudens: iustusq; simul: fortis: moderatus:
Optimus in nostro carmine censor eris.
Calliope Romana tuum: simul attica pectus:
Incollit: inde meam censor adire potes.
Quod si contigerit: toto celebrabitur orbe:
Lurida nec morsu turba nocebit ei.
Carmen Alexandro pharneso mittitur: est is.
Quod decus aonidum: Cardineiq; chori.
Ergo iubens: hilarisq; mihi dato quenq; fauorē:
Et tibi: quam mauis: tradat Iesus opem:

Vale & salue nostri memor:

Ant. Mancinellus
deuotus cliens.

Ant. Mancinellus Veliternus ad Phæstũ filium.

Inspice uirtutis Speculum dulcissime fili:
Quo sapiens fias: quo probus ipse magis.
Dogmata percipies uitæ normamq; loquendi:
Sanctus eris nostra cœperis ire uia.
Bina simul pergunt mea carmina: proptereaq;
Anterior dux est: posteriorq; comes.

g

❡Speculum de moribus:& officiis: a quibus ho/
neſte uiuendi præcepta ducuntur.

❡Prudentia Officia.

Honeſtum Q Vatuor e ducib⁹ naſcẽ quicqd honeſtũ.
Ab duce prudẽti iuſto:forti : moderato:
Prudens Prudẽs uera uidet:iuſt⁹ ſua cuiqꝫ repẽdit.
Robur ieſt aĩ forti: mod⁹ ordo modeſtis
Prudens Quæ bona:quæ mala ſint prudẽs diſcernit aperte:
Sapiens Qui ſapiens nouit diuina humanaqꝫ cuncta.
Prudens Cautio uel ſtudium:ratio:intellectus adeſſe.
Prudenti debent & circũuſpectio cuiqꝫ.
Iuſtus Iuſti ſit pietas:concordia:relligioqꝫ:
Eſt & amicitia:clæmentia læſio nulla.
Fortis Fortis:magnanimus:tolerans quæcũqꝫ benigne:
Magnificus:conſtans:metuẽs:nil:tur pia tantũ.
Temperans Temperat a uitiis:quicũqꝫ eſt parcus:honeſtus:
Modeſtus Quiqꝫ uerecundus:qui caſtus:qui moderatus.
Virtus oĩs Prudens eſt etiam iuſtus fortis moderatus.
Cui uirtus una eſt:debent reliquæ ſimul eſſe.
Prudens Omnibus in rebus prudens exquirere debet:
Quid uerum fuerit:Ratio quid poſca & uſus.
Errare Errare:& labi:neſcireqꝫ:decipier ue:
Neſcire Turpe malũqꝫ uiro:quicunqꝫ eſt:ducimus eſſe.
Prudentia Præterita agnoſcens poterit uentura uidere:
Præteritum preſens prudentia ſcitqꝫ futurum.
Dei timor Principium ſophiæ timor omnipotentis habetur
Ergo deum timeas:ſapiens ſi queris haberi.
Deũ cole Nate deum ſolum:qui mundum fecit:adora:
Qui genus humanũ finxit:qꝫ morte redemit.
Dei oculus Reſpicit omnipotẽs greſſus animumqꝫ uirorũ:
Ne credas illi quicquam potuiſſe latere.
Inuocatio Siue cibum ſumis:ſeu potum:dicis agiſue:
In domini laudem Paulus facienda reliquit.
Inuocatio In paruis etiam rebus uir non modo magnis.
Ab ioue principium ſumet dicẽs facienſue.
Inuocatio Principio magni paruiqꝫ operis uocitandus.
Eſt deus omnipotens:felicius omnia cedent.
Inuocatio Qui ualet ipſe deus notum mihi rite ſecundet.

Noſce te	Adſit item rebus lapſis:dic incipiendo.
ipſum	Ingenium uireſq; tuas cognoſce priuſq̃.
Doctrina	Incipias aliquid:turpe eſt deſiſtere ceptis.
Sapientia	Doctrinam citius q̃ aurum tibi delige fili:
Audite	Eſt cunctis opibus melior ſapientia rerum.
Stulti	Si ſapiens audit,longe ſapientior extat:
pdicatores	Doctrinam ſtulti contemnunt uelle doceri.
Auditus	Cœli præcones auditum perge libenter:
Scriptura	Traditur auditus,cuiq;:ut diſcat agenda.
ſacra	Scripturæ ſtudium debes impendere ſacræ:
Patri obedi-	Illa fidem munit:ſtolidi fiunt ſapientes.
endum	Doctrinam fili debes audire parentum:
Filius	Deſpiciens illos omni uirtute carebis.
	Lætificat patrem ſapiens:contriſtat ineptus:
Sapientia	Gloria magna patris ſapiens:infamia demens.
Gloria	Eſt pretioſa magis rebus ſapientia cunctis:
Patres	Gloria uera datur ſapientibus:haud locupleti
	Qui natos generant:laudandi:quiq; parentes.
Filius	Qui tamen erudiunt etiam magis uſq; ꝓbandi.
Magiſter	Si tibi ſi natus:doctori trade petito.
Cōuerſatio	Perdocet indoctus:quæ dedoceantur oportet.
Recipiendi	Hære illi:ualeat qui reddere te meliorem:
Contuber	Admittes:quem tu meliorem reddere poſſis.
nalis	Contubernalis fieri conare magiſtro:
Diſcere	Inde modeſtus erit ſtudioſior atq; peritus.
Magiſter	Diſcere fili artem nullam potes abſq; magiſtro:
Magiſtrum	Ad præceptorem feſtino currito greſſu.
honora	Doctorem ueluti ſanctum uenerare Parentem:
Diſcēdū eſt	Laudato ſemper.probris offendito nunq̃.
	Diſcere lecta uelis:animoq; inſcribere cuncta:
Diſcipulus	Ne libro amiſſo.te antiſthenes arguat alter.
Rep̄henſus	Inter conſcios lætus:placiduſq; moreris:
Docere	Et fuſte & lingua reprehenſus:parce furori.
Attentio	Doctior euades & alios tu rite docendo:
Magiſter	Attente pueros coges audire legenda.
Caput	Virtutis præcepta decet ſeruare magiſtrum:
Auditores	Ni ſanum caput eſt uitiantur cætera membra.
	Qui minime ueniunt auditum tempore certo:
Ludere	Haud ultra expectes:uelocius inde redibunt.
	Ludendi ſpatium puero concede modeſto:

Oblectatio — Fortior ad studium mens oblectata redibit:
Studium — Vt tibi donetur prudentia nocte:dieq;
Desidiam uites:studioq; impende laborem.
Doctrina — Dulcis doctrine fructus:Radicula amara est.
Medicina — Vt ualeat:quis non succos potabit amaros?
Doctrina — Est ornamentum rebus doctrina secundis
Rebus in aduersis doctrina est portus & aura.
Ars — Discitur ars ideo:quo quisq; exerceat illam
Auxilio uitæ:seu laudi:lætitiæue.
Ars — Illa:quam norit se quisq; exerceat arte:
Vsus — Vsus enim egregius rerum præceptor habetur.
Sapiens — Cor sapiens querit doctrinam: pascitur amens
Vulgus — Et roris nebula:tum cæco pectore uulgus.
Doctus — Philosophus similem uiuo canit esse peritum:
Indoctus — Defuncto similis:quicūq; indoctus habetur:
Doctrina — Doctrina fiunt homines clari & sapientes.
Doctrina mores purgantur:sermo nitescit.
Doctrina — Aspectus ueluti deducit ab aere lumen:
A disciplinis animo lux uenerit ampla
Doctrina — Quippe ego doctrina malim cunctos superare
Alexander — Dixit Aristoteli macedo q̄ rebus opimis.
Quisq; sua cunctis doctrina noscitur apte:
Insani signa — Indicat insanum sermo:iracundia:uultus:
Rector — Corruet is populus:rector cui stultus habetur:
Respublica — Consilio multo regitur respublica rite
Vulgus — Consilium uulgo:ratio discrimina rerum
Studium — Desunt:tenades studio consultus:& arte.
Consilium — Omnia consilio sapientia ducit agentes:
Consule.qui sapiunt:cunctis in rebus agendis.
Iudicium — Plurima iudicio facienda:& non facienda
Alterius — Alterius tibi sunt sapientes consule semper.
Conuersatio — Cum sapiente means sapiens euadet:amicus
Stultorum similis fiet:sapientibus hære
Blādimenta — Blandimenta caue fallacia:ne capiaris.
Adulator — Fallit adulator retinens sub melle uenenum.
Blandus — Coruis innumeris:q̄ blando occurrere mallem:
Deuorat hic uiuos:proiecta cadauera corui.
Fideiussor — Debenti nummos cuiq̄ succedere noli:
Arma — Sæpe solent uades inopem deducere uitam.
Arma nihil prosunt sine consilio sapientum.

Consiliū	Ne fidas igitur magnæ:stultæq; cateruæ.
Pugna	Consilio recto pauci plures superabunt:
Pugna	Qui ruit in pugnam temere:calcabit hosti:
	Prælia non subeas:nisi quū uictoria tecum est.
agricultura	Aut quū non poteris pugnā uitare coactus.
	Culto agro nihil esse potest ornatius atq;
agricultura	Huberius:tibi cura tui non desit agelli.
Cincinatus	Quippe Senatores olim sua rura colebant:
Faciens	Hinc cincinnatus dictator factus arando est.
	Frustra aliqd faciens:nulla emolumenta sequēdo
Faciens	Is uel ineptus erit:uel nulla negocia habebit.
Ars	Hi faciunt aliquid:quorum sit prompta uoluntas:
Facieus	Vel quibus ars fuerit faciendi:disce:uelisq;
Voluntas	Si facis inuitus:leuior res:aspera fiet:
Laudare	Res dura apparet mollis:si sponte labores.
Secreta	Si laudare uoles aliquem:prius inspice:qualē
Secreta	Cōmendens:tribuat ne mox tibi dedecus ille.
Ascendens	Pectoris ipse tui cuinam secreta reueles
Sūma petēs	Inspice.siq; prior taceas:alter reticebit.
Iter	Secretum:quodcunq; cōmittit ulli:
	Cælato semper:licet irascaris in illum.
Quattuor	Ad summum nitens ascendere:conspice:ne tu
non satiant	Cum ramis recidas:quos iam cōprenderis alte:
Quattuor	Solus iter facito nunq̄ securior ibis:
latentia	Sunt grassatores: sunt mille pericula casus.
Meretrix	Quattuor haud unq̄ satiant:cautior esto:
	Infernus:uulua:& tellus:uulcania flāma:
Meretrix	Quattuor usq; latent:colubri uia marmore ducta
Pudicitia	Aethere lapsus auis:mare puppis:iter puerorū.
Mulier	Fraudi ne credas muliebri:q; meretricis
	Mellea lingua tenet sub dentibus atra uenena:
Vxor	Infamis fuerit scortū q nutrit:inopsq;:
Forma	Magna pudicitiæ laus est:ne spreueris illā.
Aeger	Aedificat sapiens mulier:quod destruit amens:
Mora	Insani capitis mulierem legimus esse.
Aeger	Vxoris proprium pudor est:pbitasq;:fidesq;
	Forma breui durat:spatio carpente decorem:
	Quāprimū morbis adhidēda est cura medēdi:
	Nā mora sæpe nocet:crescēte malo:perit æger.
	Nil ægrū reficit mage q̄ præsentia amici:

Amicus	Re simul & uerbis æger foueatur amicus:
Aer	Aera uitabis crassum: purum: tenuemq;
	Delige: acutus eris multo plus: sanior atq;
Cibus	Victus item crassus tollet tibi mentis acumen:
Ræte	Ergo uelis tenui: facili quoq; uescier æsca:
Fallere	Ante oculos iacitur ne quicq̃ ræte uolantum
Perfidus	Frustra igitur tentas sapientem ludere uelle.
Dona	Perfidus haud ullis meritis placabitur unq̃
Cibaria	Amittes igitur quicquid donaueris illi.
	Quæ sunt ad uictum: debes multo ante parare
Arma	Quã tibi defuerint: constabunt quippe minoris.
	Tela tibi: clypei: galeæ thoraces ementur
Apes	Ancipiti clauso melius: q̃ marte furenti.
Rex	Paret apes ultro regi: comitatur euntem:
Scriptor	Tu refugis parere tuo: te dignior illa.
	Scriptor erit nemo tam circũspectus: ut idem
	Non labet interdũ: q̃nq; hinc dormit homerus.

¶Iustitiæ officia.



Iustitia	IVstitiæ mun⁹ fuerit: nõ lædere quẽq;
	Vnicuiq; suũ ius reddere: iustitiæ sit.
Iustitia	Iustitiæ: splẽdor uirtutis maxi⁹ hæc est
	Inde bon⁹ fert: q iustus: qq; benign⁹.
Iustitia	Iustitiæ radix: fundamẽtũq; sit illud
	Ne facias ulli: q̃ tu tolerare neqres
Iudicare	Si quis inauditis ambabus partibus: ullum
	Iudiciũ profert: iustũ licet: extat iniquus.
Pietas	Te uerum: & pietas: oro ne deserat unq̃:
Bonitas	Omnibus ut placeas: a te scelus omne fugato.
Mentiri	Mentiri solito: uerum non creditur: ulli:
Mendacia	Qui cupit amplecti: uitet mendacia uana:
Veritas	Quod uerum: simplex: sincerũ: conuenit ample
Simplicitas	Naturæ humanæ: sis uerus: sis quoq; simplex.
Pietas	Ipsa locum pietas ullum non posset habere.
	Ni scelus acciderit: nisi quis peccauerit ante.
Vitium	Cuiq; homini uitium certum natura reseruat:
	Hic iracundus: tu mendax: ille superbus.
Misericors	Pauperis ille deum quisquis miseretur: honorat:
Pius	Esto pius miseris: tibi quo pia numina fiant.

Impius — Impius eſt odio mortalibus:atq; ſupernis:
Pius — Vt placeas terræ:& cœlo:pius eſſe memento.
Iuſtus — Iuſti animam dominus nutrit: lætabitur illa:
Iuſtus eris:ſaturet quo te deus:ac tua ſeruet.
Impietas — Impietatis enim theſaurus lædet habentem:
Iuſtitia — Iuſtitiæ uero theſaurus morte tuetur.
Honeſtus — Qui fuerit ſimplex:fuerit qui cultor honeſti:
Iniquus — Ille colet terram:terra pelletur iniquus.
Pius — Qui domino ſeruit:lætabitur impius omnis
Impius — Tartara ſæua petens regno priuatꝰ olympi.
Confeſſio — Crimina qui cælant:renuentes illa fateri:
Ima petent miſeri:cæleſtia regna fatentes.
Impius — Impius haud dormit:niſi cum malefecerit ulli.
Aduerſa — At patietur idem:peioraq; forte ſubibit.
Peccator — Si pius in terra recipit:peccator iniquus
Quo magis accipiet: quanto maiora meretur.
Pœnitet — Dicere non ſatis eſt culpæ me pœnitet omnis.
Pœna — Pœna opus eſt aliqua:ne tu:reliquiue:recurras.
Fur — In cruce fur pendet:ſpectanti exempla daturus:
Furtum — Ne furtũ facias:ſcelus id nam turpius omni.
Fur — Qui bona cuiuſq̃ furto ſubtraxerit: aut ui
Supplicia expendet:niſi reſtituantur ad unguẽ.
Succurrere — Qui prodeſſe poteſt:ſuccurrere qui perituro:
Occidit:ſi non ſuccurrerit:eſtq; homicida:
Auxilium — Denegat auxilium miſero quicunq; petenti:
Impius — Quæret idem fruſtra:meminerũt omnia cœli.
Fides — Nemo fidem fallens:maius ſcelus edere poſſet:
Sancta fides igitur tibi ſit:promiſſio ſancta:
Fidus — Fidus homo cunctis gratiſſimus eſt:& amicus.
Infidus — Infidus cuiq; eſt odio:cuiq; eſt inimicus
Fides quid — Dictorum:pactiq; fides conſtantia fertur:
Promiſſum — Promittens aliquid totum cõſtanter adimple.
Depoſitum — Depoſitum quodcũq; tenes:ſeruetur amice:
Fallere — Turpe magis nihil eſt homini:q̃ fallere amicũ.
Depoſitum quandoq; fuit nõ reddere iuſtum:
Promiſſum — Depoſitum minime reddendũ homini furioſo.
Promiſſum ſeruare(decet non ſemper)amico.
Promiſſum — Si tibi promiſſum noceat plus q̃ iuuet illum.
Promittens aliqd formidine fraudeue captus,
Iura quidem:legeſq; negant:tenearis ad illud.

Votum	Oblatum ſuperis ſine cuncta reddito uotūm:
	Diſplicet æterno regi promiſſio uana.
Nati quibꝰ	Non nobis ſolum nati ſumus:ergo fauere
	Debemus patriæ:uel amicis:uel cuicunqꝫ.
Bona quibꝰ	Omnia:quæ terræ gignunt:homini generantur:
Hoies cur	Aſt hoies hominū cauſa: ut foueantur utrinqꝫ.
Iniuſtus	Dicitur iniuſtus cupiens offendere quenq̄:
	Dicitur iniuſtus ſpernens defendere preſſos.
Iniuria	Differt conſulto.ſubitoue iniuria fiat:
	Eſt leuior ſubito motu quæ iniuria fertur.
Exigere	Quod ſemel exactum eſt: itetū non exigat ullus:
Nummi	Non decet alterius iactura cogere nummos.
Emptio	Contra iura nihil merceris:nam male parta
Male parta	Labuntur facili cliuo:& quaſi cæra liqueſcunt.
Ancillæ	Ancillæ ſeruiſqꝫ tuis da quicquid oportet:
Serui	Viuito cum ſeruis clæmenter:uiue benigne.
Serui	Serui ſunt homines:& eodem ſemine:quo tu:
	Contubernales ſunt ſerui:humiles & amici.
Dona	Plurima des illi:qui te dilexerit ample:
Fauor	Ignotoqꝫ etiam faueas uirtute referto.
	Infami non detur honor:non ulla poteſtas:
Honor	Præmia uirtuti ſolum debentur honoris.
Fauor	Præcipue debes illi præſtare fauorem:
	Qui magis indigeat:cui deſint cōmoda uitæ.
Amare	Dilige præcipue patriam:poſt deinde parentes:
	Hinc natos:totamqꝫ domū: claroſqꝫ ꝓpinquos.
Amare	Dilige quoſcunqꝫ ut fratres:nulliqꝫ nocebis:
Pax	Pacis amans quocunqꝫ uelit ſecurus adibit.
Pondus	Diſplicet uſqꝫ deo:quodcunqꝫ eſt pondus iniquū:
Deo ſerui	Omnibus in rebus domino ſeruire memento:
Præſtare	Cum ſubito ualeas aliquid præſtare petenti:
	Ne dicas illi uade:atqꝫ reuertere:cras do.
Triticum	Cælanti triticum domino maledicitur:illis
	At benedicetur:qui uendunt.quiqꝫ pii ſunt.
Amicus	Cum tibi confidat:mala nulla parabis amico:
Detrahere	Detrahe nec dictis:nec factis illius unq̄.
Amicus	Cordis eget mentiſqꝫ bonæ: qui ſpernit amicum:
	Diues erit:multos quicunqꝫ eſt nactus amicos.
Amici	Proſpera dumtaxat falſi ſectantur amici:
ficti	Diffugiunt hyemem: tu cōſtans dilige ſemper.

Amicus qd Alter amicus ego est;anima una in corpore bino
Ad plenum felix,uernm qui nactus amicum.
Munera Munera delectant homines:& numina diuum:
Munere magnanimi sæpe acquiruntur amici:
Munera Plurima quo teneas:impendere parua memento:
Vicini Maxima sæpe tibi referent munuscula parua.
Ciuta Dilige uicinos:poterunt hi semper adesse:
Vicinus Congregat una homines alterni causa fauoris.
Vicinus melior iuxta te:fratre remoto:
Accusare Omnibus in rebus uicino cuiq; fauendum.
persæ Iniuste cupias nullum accusare:solebat
Rephĕdere Non iure accusans persis punirier ample.
Crimina Alterius mauul reprehendi crimina quisq;
Reprĕdere Quā sua:uelandū quodcunq; est crimen amici:
Alterius cupiens prauos reprehendere mores:
Reprĕdere Is uitio debet quocunq; carere nefando.
Qui cupit alterius uitium reprehendere:tangat
Gratia Ante suum pectus:post hæc consideret illud.
Gratia:uirtutum cunctarum maxima fertur:
Gratus Inde nihil malis:q̄ te gratum esse uideri.
Tum re:tumq; animo debes gratissimus esse:
Gratia Hac re dignus eris prompto cuiusq; fauore:
Gratia plus multo reddat:q̄ sumpseris ipse:
Peccantes Pinguis ager ueluti referas tu plura benignus.
Verbera Assiduo pueros peccantes uerbere cæde:
Castigatio Corrige:nam prauos nimia indulgētia reddit.
Praua bono:iustoq; uiro:potuere placere
Filius uer- Nunq̄:discipulos hac re:natosq; cohercet.
beretur Dilecti nati tundendum est corpus acerbe:
Filius cæda Ad mala nutritur:nimio:cui parcis amore.
tur Erudit instanter natum:qui diligit:at qui
Discipulus Illum odit:uirgæ parcit:quæcunq; ferendo.
indocilis Sponte puer nolens studiis impendere curam:
Discipuli Scire minis:ferulaq; pia.cogendus acerbis.
uerbera Sæpius indociles:tardosque:monere memento:
Parturiens Impetus:atque minæ pueris:& uerbera prosunt.
Hubera Si peperit coniunx:tunc illa sit integra mater:
Impfecta quidē mater:nulla hubera præbens:
Nutriit illa prius:quod non cernebat in aluo:
Iam noscens hominem uiuentē: pellit ab ulnis

Hubera — Hubera mammarum tribuit natura puellis
Natorum causa:non formæ siue decoris.

Semen — Ceu similem format membris : animoq; parētum
Semen:sic etiam iactis natura figurat:

Lac — Haud homini tantū:pecudi simul euenit istud:
Alterius quoties nutritur lacte animantis.

Lac — Lac ouium potante hædo:capræ simul agno
Lanitium tenerum uenit illi:durius agno.

Lac — Ingenium altricis qua propter:uis quoq; lactis
Partem etiā magnam retinent in moribus ipsis:

Nutrix — Pallida erat nutrix syluani:pallida nati
Membra sui:credas igitur quæcunq; notaui.

Fortitudinis:Magnanimitatisq; officia:

Fortitudo — FOrtitudo uiri ꝑpria ē:& maxia uirtus
Est aūt mortis contemptio siue doloris.

Fortitudo — Cui fortitudo nō est:uir fœmina habet:

Virtus — Virtuti nomen uir dat:nam fert ab ipso.

Fortitudo — Fortitudo quidem proprie uirtus uocitatur:
Nā reliquas superat:spernens mortalia cūcta.

Magnaius — Inferiora putat se cuncta humana uir ipse.

Fortis — Magnanimus:fortisq; simul:nā despicit illa:

Magnai boni — Magnanimos:fortisq; uiros:Plato dixit haberi
Veros:atq; bonos:& simplicitatis amicos

Magnai fallaces — Magnanimi non sunt:fallaces siue nocentes:
Sed ueri:atq; boni:misero cuicunq; fauentes..

Magnaius — Magnus qppe animus nil optat:præter honestū
Succūbit nulli fortunæ:humanaq; temnit.

Magnaius fortis — Ardua magnanimus:fortisq;:& plena laborum
Aggreditur:studio uitæ:patriæq; tuendæ.

Magnaius — Splendidius nihil est illo:quod fiet ab ullo
Magno animo:elatoq;:humanaue despicienti.

Ignauus — Ignauis ideo fertur:uirgo illa uirilem
Vos autem iuuenes animū geritis muliebrem.

Pudor — Opprimit ingenium pudor:ast audacia firmat:

Audacia — Omnibus in rebus melior quicunq; sit audens.

Audacia — Fortiter incipias:audacia murus habetur:

Timidus — Qui fuerit timidus:faciet laudabile nunq̄.

Ignauus — Ignauos fortuna premit:tolluntur in altum

fortis	Magnanimi: forteſq; uiri: ſubeundo labores.
Timidus	Fortis: non timidus. non audax eſto: ſed audens:
Audens	Forti eſt utendum ratione in rebus agendis.
Reprenſus	Iraſci noli domino reprehenſus: amatur
	Ab domino quicunq; ſuo: reprenditur idem.
Patiens	Qui patiens fuerit: ſe ſe ratione gubernat:
Inſipiens	Inſipiens nulla poterit ratione teneri.
Vindicta	Noli uindictam: ſæpe obſuit ultio facta:
	Magnanimus parcit: uindicta fœmina gaudet.
Inuidia	Qui damno alterius lætatur: ſentiet ipſe:
Damnum	Iactura ſocii doleas: lætere ſecundis.
Honor	Qui tuus eſt: aliis nunq̃ donabis honorem:
Deſpiciẽs ſe	Deſpiciens ſe ſe nunq̃ uenerabitur ulli.
Formicæ	Formicæ nullo didicerunt grana magiſtro
Piger	Ferre domũ: piger eſt quicunq;: fame capietur.
Operans	Vult piger: & nõ uult: operans pingueſcit opime
Piger	Qui piger eſt: triſti macie tenuabitur ille:
Piger	Qui piger extimuit frigus: nec arauit ob illud
	Aeſtate eſuriens fruſtra rogitabit amicos.
Iacens	Alto ſole iacens: uitam conſumit inertem:
Lectus	Fiet inops: tu ſurge prius q̃ uenerit æthon.
Surgens	Qui citius ſurgunt: agiles & dexteriores
	Euadunt: laudemq; parant: & cõmoda uitæ.
Piger in lecto	Oſtia ceu proprio uertuntur cardine: deſes
	Haud aliter molli uerti ſolet ipſe grabato.
Mora	Quæ facienda tibi (mora læſerit) expediantur:
Seruanda	Quod cœnes: ſerua: nõ q̃d tamen inſtat agẽdũ:
Fortuna	Nec tu fortunæ nimium confide ſecundæ:
Spes	Præteritis meliora malis ſperare memento.
Patientia	Cum tuleris grauiora malis præſentibus: iſtæc
Spes	Fortiter excipias: donabitur his quoq; finis.
Circulus	Eſt humanarum rerum: qui uoluitur uſq;:
Viciſſitudo	Circulus: inde diu nemo eſt miſer: atq; beatus.
Sors	Nullaq; ſors homini lõga ẽ: dolor atq; uoluptas
Alterna	Alternis cedunt: breuior tamen ipſa uoluptas.
Alta	Altius euexit quo te fortuna: ruinam
Ruina	Maiorem timeas: nulli eſt fortuna fidelis.
Diuitiæ	Diuitiis fidens: is corruet: & ſapienti
Diues	Seruiet inſanus diues: licet ille ſit itus.
Vita longa	Tempore cui longo uita eſt: aduerſa ſubire

Mors	Cogitᵗ :hinc breuior uita est iucundior ilia.
	Mors male uiuenti graui grauis est:iusto cuicũq;
Mortuus	Principiũ uitæ felicis:meta laborum.
	Mortuus ad uitam nnnq̃ reuocabitur ullus:
Tempus	Quid ꝑsunt lachrymæ: gemit⁹: suspiria luctus?
Mors	Omnia tempus habent:cedũt sibi cuncta uicissim:
Mors cõis	Nascendi tempus:moriendi tp̃s habetᵗ.
	Doctus:& indoctus moritᵗ discrimine:nullo:
Mors	Impius atque pius morti debentᵗ eidem.
Virtus	Est nihil æternum:cunctis mors iminet atra:
Labor	Sola quidem uirtus:gestorũ gloria uiuet
Diuitiæ	Iunior exerce ingeniũ:ne sperne laborem:
Exercitatio	Iunior acquiraras:qbus indiget ægra senectus.
	Quilibet exercens sese ipsum rebus honestis:
Exercitatio	Obliuiscetᵗ totius nempe laboris.
Labor	Quicunq; exercet uanis se:& turpibus:illi
Studiũ	Deficit oblectamentũ:lassusq; resistit.
Piger	Tædia non refugit cupiens uirtutis honorem:
Vigilans	Qui studiũ:curamq; fugit:spernetᵗ ubique.
Honestus	Prospere cũcta uiro uigilanti:& recta sequenti'
Errans	Succendũt:uigilia:tibi consule recta sequaris:
Bonus	Frrauit quicũq; semen:malus usq; putatᵗ:
Aduersa	Esto bonus semper:semper reputaberis idem.
Amara	In cælo bona sunt:quæcũq; mala hic reputantᵗ:
Patientia	Scribitᵗ euripidi talis sentẽtia græco
Patiens	Cũcta quidem toleraudá tibi patiẽter amara:
Aetas uaria	Constituit dominus patiẽti præmia cœli.
Puer	Qui mala presenti tolerát:aeuersaq; sæclo
Adolescens	Mercedem capient cœlestia regna laborũ.
Iuuenis	Viginti puer ipse annos:totidẽq; adolescens.
Senex	Tot iuuenis:totidẽq; senex(samius dat)hẽbit.
Aetates	Est similis ueri puer:æstatiq; adolescens:
Honestum	Autũno:atq; hyemi similes:iuuenisq;:senexq;.
Operatio	Qualibet officiũ serues ætate decorum:
Labor	Actio uirtutis nullo tibi tempore desit.
Studium	Semper agas aliquid: sudore:laboreq; muito
Dies	Acquiruntᵗ opes:studio doctrina:decusq;.
Labor	Nulla dies tibi segnis eat:longeq; pigebit
Catonis	More Catonis:ubi lux pigro sulsit inanis:
	Pœnituit naui:pedibus quo pergeret:isse

Pœnitentiá Amisisse diem: mulieri absconsa tulisse.
Sapientia Est eum diuitiis longe sapientia queq;
Diuitiæ Vtilior: periander inops spernetur ubiq;
Munera Diuitiis obsequio uel munere: non mouearis:
Iudices Iudicis occæcant oculos munuscula sæpe.
Vtile Vtile non dicas: quod turpe est siue inhonestum:
Spolia Ditari spoliis alienis utile non est:
Gloria Gloria dat uires: poteris hæc alta tenere:
Humilis Ima petens: nusq̄ laudemq; decusq; meretur.
Currens In stadio currens: eniti uincere debet:
Supplantare Supplantare aliquem: uel trudere nō licet ulli
Robustus Viribus ipse tuis imbellem despice nunq̄:
Leo Ipse auium quādo Leo cibus est minimarum.
Firma Tam firmum nihil est cui non aliquando noceri
Araneus Possit ab inualido: petimit uel araneus anguē.
Clamores Nec timeas ullum clamore: minisq; furentem
Timens Oēs timens latrat uehemētius: haud ferit unq̄
Fratres Fortius est omni muro conuictus amantum.
Se fratrum cōuiue: tuis fratribus usq;:
Triplicia Stupea: quæ triplici nectuntur uincula filo
Dupla Difficile ē rumpi: tres: uel duo: sunt mage fortes
Frater Esse tuum credas frater quod possidet omne:
Dilige nam frater ferme alter dicitur esse.
Bellum Bellum suscipias quærendæ pacis amore:
Timidus Magnanimus terret timidus spernetur ab hoste.
Periclum Absq; ulla causa nunq̄ te oppone periclo:
Tempestas Est in tranquillo dementis poscere fluctus.
Consilium Aggrediens aliquid faciendum: consule honestū.
Facultas An sit deinde uide faciendi sit ne facultas
Cōmitenda Nil tu cōmittas: quandoq; ut dicere possis.
Cautio Hoc mihi nōnunq̄ contingere posse putaram.
Pugna Prælia cautus ini: quotiens pugnare necesse:
Pericula Non nisi prudenter subeunda pericula uitæ:
Pugna Promptior ad pugnas aīum pro laude parabis
Laus patria Quam pro diuitiis quærendis: siue tuendis.
Pro patria uitam: non solum funde reposta.
Commoda nec patriæ taceas formidine pressus
Rector Si patriæ rector fueris defendito ciues
Iustitia Iure omnis æquo tollentur seditiones:
Pax Pax erit in populo: quoties est omnibus æqua

Lucrum	Iuſtitia:ergo lucrum fugies:dũ iura miniſtras.
Rector	In patriæ cura clæmens ſis,atq; ſeuerus:
	Manſuetis clæmnes:uerũ grauis eſto nefandis.
Rector	Decedet ira furor:populi qui iura gubernat.
Clæmentia	Præclaroq; uiro clæmentia cædit honori.
Punitio	Qui pariter peccant:pariter punire memento:
Pœna	Nec ſtatuas ulli maiorem crimine pœnam.
Ira	Ira procul cedat:ſi quem punire parabis:
Iratus	Iuſtitiam nequit iratus ſeruare.modumq;
Rectores	Sint legum ſimiles:qui publica munera curant:
Lex	Lex uenit ad pœnam clæmenter non furioſe.
Furor	Non te præcipitet furor ullus:mente quieta
Placidus	Cuncta geras:placido uita eſt felicior omni.
Princeps	Principe conſtanti uulgus lætabitur omne:
Rector	Iniuſto rectore uiri:matreſq; dolebunt.
Imperium	Inuiſum imperium longo non tempore durat:
Regnum	Non aurum,ſed amicus erit cuſtodia regni.

Temperantiæ:Modeſtiæq; Officia.



Ordo	rdo moduſq; ſimul rege:pudor ipſe de(cor
Sedatio	Turbatiq; animi ſedatio . te comitent.
Ordo	In dictis factiſq; tuis ſeruabitur ordo:
Ordo	Ordĩe puerſo nulla actio rite paratur:
Incipiens	Incipiens aliquid finẽ cõſideret ante:
Finis	Decidit in laqueos:qui cæco pectore fertur.
Diſcere	Mens hominis diſcendo alitur:meditanſq; reqrit
Meditari	Quod decet in uita:tecum mediteris agenda.
Cogitanda	Mens animuſq; tuus nil quicq̃ præter honeſtum
	Cogitet:effugies hoc pacto dedecus omne
Petenda	Id ſolum petito:quod nulli iure negates.
Concedenda	Quod tibi concedi malles:concede roganti.
Natura	Nil facies unq̃ diceſue obſtante minerua:
Facienda	Hoc eſt nil facito:quoties natura repugnat.
Noſce te ipſum	Quiſq; ſuum ingenium noſcat:ſua robora quiſq;:
	Sic modus in rebus ſeruabitur ille decorus.
Sermo	Sermo tuus lepidus comis iucundus.honeſtus
	Non aſper non durus erit:non turpia narret.
Mores	Moribus ille tuis pluſq̃ ſermone iuuetur:
Socius	Qui tecum ueniet quocunq;:ſiue moratur.

Multiloqũ	In multiloquio peccatur sæpius: inde.
Tacere	Pauca loqui debes: potiusq; audire loquentem.
Loquax	Quisq; tacere nequit stultus: sapiensq; putatur.
	Quũ tacet: ergo uelis sapiens nõ stultus haberi.
Os unum	Pauca loqui prudens: audireq; plurima debet:
Aures duæ	Os unum, binasq; aureis, iccirco tenemus.
Sermo	Suscitat ingentem prædurus sermo furorem:
Responsio	Terribilemq; iram frangit responsio mollis.
Quies	Quolibet in uerbo, ac actu mens esto quieta:
Ira	Ira procul tendat, furor impatientia: pax sit.
Iratus	Iratus poterit laudabile nil operari:
Ira	Ira animum turbans occæcat lumina mentis.
Risus	Intempestiuus, uel ineptus, & immoderatus
	Damnatur risus: decuit grauis, atq; modestus.
Cibus	Ex facili uictus tibi sit: prætiosa relinque:
Gustus	Quære fame gustum: conditos temne sapores:
Darius	Darius fugiens, sicco pulmone cruentam
	Hausit aquã: potus sibi dulcior haud fuit unq̃.
Cœna	Quale lucrum fuerit: talis tibi cœna paretur.
Impensa	Ne plus impedas patitur q̃ parua supellex:
Aeger	Conualet ægrotus tenui solummodo uictu:
Sanitas	Sanus eris semper, tenui si uesceris æsca.
Cibus	Nil animum, corpusq; uiri sic obruit unq̃
Venter	Vt plenus uenter, ructus, sonitũq; remittens.
Saturitas	Te nunq̃ satures: uictumq; absume labore:
Parcitas	Sic etenim fies robustior: atq; ualebis.
Sputum	Qui emungit nares in perside. qui spuit: aut quĩ
Meiere	Egestum pergit: uel mictum: turpis habetur:
Parcus	At qui nil horum committere cernitur: is se
	Continet a uictu nimio: laudesq; meretur.
Socrates	Sic parce Socrates uitam ducebat Athenis:
Parcitas	Vt solus uictu nunq̃ ægrotarit honesto.
Ieiunia	Nulla placent domino tenuis ieiunia mensæ:
Innocentia	Quantum lætificat nullum cõmittere crimen.
Iactatio	Laudibus extollant alii tua gesta: tacendum
Laus	Est tibi: sordescit proprio laus ore relata.
Mansueti	Gratia mansuetis domino tribuetur olympi:
Superbi	Quicq; superbus erit: cœleste fauore carebit.
Humilis	Est humilis sapiens: insanus quisq; superbus:
Clæmens	Clæmentis uita est iucundior, atq; superbi:

Odium	Fert odiũm rixas:fert sædes: dilige quenq;
Pax	Pax amor in cũctos uitam tribuere secundam:
Trãquillitas	Perpetuo cupiens tranquillam degere uitam.
Pacienda	Abstineat uetitis:patiatur quæq; ferenda.
Mendax	Vir mendas litemq; serens crudelis auarus:
Crudelis	Est odio regi cœlorum:ru bouus esto:
Vxor	Vxorem quicunq; suam uult esse pudicam:
Maritus	Improbus est:nisi seruat idem:qđ poscit ab illa:
Adulter	Vxorem alterius tangens immundus:habetur:
	Qui cupit ergo sibi laudẽmq; decusq; caueto.
Vxor	Nec solum domiuus præcepit crimen haberi.
Mretrix	Vxorem alterius contingere:sed meritricem.
Amator	Diligit alterius:miser est:quicunq; figuram:
	Fœlix:qui subito flammas extinguit amorum.
Aeger	Conualet ægrotus ueteri statione recedeus:
Amator	Captus amore procul fugiens:sanus remeabit.
Oculi	Abstineas oculis:Darii cernere pulchram.
Alexander	Noluit uxorem Macedo:quo castior esset:
Ignis	Vritur ut subito Vulcani lumina tangens:
Mulier	Non secus a tactu mnliebri corda uirorum.
Aliena	Nostrnm plus aliis placet:at nobis alienum:
Sors	Sorte tua contentus eris:quæcunq; sit illa.
Adnersa	Gaudia nulla hõi tam prospera dantur:ut illic.
	Mel sine felle insit:siue luctu pleua uoluptas:
Peccata	Alterius peccata uelis cognoscere u nuuq̃
Aliena	Nam tua celare est potius:q̃ scire aliena.
Domus	Tu domui'non illa tibi:sis nate decori:
Aristippus	Ne tibi aristippus faciem detur per inerti
Diuitiæ	Diuitias uitæ causa molire tuendæ:
Satis	Quod satis est cupias:in sit tibi nulla libido.
Vita	Non adeo cura est uitæ præsentis habenda:
Patadisus	Vt capiat mentem uenturæ obliuio uitæ.
Diues	Si diues fueris:delicti non eris expers:
Benignus	Mi cupis & miseris & egenis esse benignus.
Bona	Posse bonis uti præsentibus atq; futuris.
Cœlum	Difficile est:petitur cœlum uirtute labore:
Diuitiæ	Diuitiis multi perierunr:robore quidam:
Bona	Sepe soleut igitur nobis bona nosta nocere.
Puapertas	Parua magis incunda uenit:q̃ multa:supellex:
Diues	Anxius est diues super armentis gregibusq;

Auari — Multi in diuitiis inopes occurrere possunt
Parcit enim gazæ:ut diues moriatur:auarus.
Diuitiæ — Diuitiis sapiens dominatur:seruit ineptus:
Diuitiis noli cor ponere:si quis abundas:
Diues — Non ego felices reputo:quibus affluit aurum:
Ni scierint uti:fueritq; id iure paratum.
Auarus — Nullo animus lucro pingui satiatur auarus:
Crates — Ipse Crates aurum iecit uirtutis amore:
Natura — Pauper eris nunq̃ naturam rite sequendo:
Exiguum natura cupit:multumq; libido.
Natura — Naturæ satis est fluuius:sat poma:uel herbæ:
Victus — Vetere natura poteris sic esse beatus.
Pauper — Exultet pauper:grates agat omnipotenti:
Liber enim multis patrimoni nexibus ille
Paupertas — Paupertas urbis muniuit:repperit artes:
Pauptate sapit Socrates: Plato:cæcus homerus.
Pauper — Est odio pauper cunctis:affinibus atq;:
Diues — Diligitur diues:tu quenq; bonum tuearis.
Aliena — Nemo cum propriis curare aliena ualebit:
Rerum alienaꝝ cura est grauis:atq; molesta.
Ludere — Seu pila delectat:siue alca:lude parumper:
Ludere non turpe est:parco si tempore fiat.
imprudẽtia — Nil imprudenter faciendum:fortuituue:
Ludere — Non ludo atq; ioco:sumus ad grauiora creati.
Bonus — Quisq; deum metuens:recto qui tramite pergit:
Spernitur a prauis:tu dilige semper honesta.
Adolescens — Est adolescentis maiores se uereri.
Consilium — Consilioq; frui sapientum quolibet actu.
Senex — Corporeus labor est seniori diminuendus
Exercere animum senior:non corpora debet.
Senex — Consilio senior iuuenes:patriamq; iuuabit:
Effugiat senior langorem:desidiamq;.
Luxuria — Dedecet ipsa uenus quemcunq;:magis seniorem.
Luxuriant iuuenes longæui exempla sequendo.
Asella — Parturiens hominum conspectum uitat asella.
Turpia — Cõmittunt homines uulgo turpissima quæq;:
Apes — Pergit apes longe:quoties emittit oletum:
Oletum — Egerit ante thorum:uel mensam:uir mulierq;:
Munditiæ — Munditiæ tibi sint uestitus:aut faciei:
Quas laudet sapiẽs:nõ quas reprehẽdere possit:

Incedit sapiens:non ambulat:ergo cauebis
Ingressum celerem:uel tardũ summe decentẽ.
Fxemplar — Esto pudicitiæ:uitæq; exemplar honestæ
Sermo — Sermone:ingressu:uisu:gestuq; decenti.
Comites — Hi tecum maneant:quorum sit uita pudica:
Infames — Infames procul esse uelis:procul ire iubeto.
Tullius — ¶ Tullius instituit præceptis officiorum
Quem genuit:prosamq; illi: non carmina misit
Carmen — Carmine fit longe breuior sententia:menti
Longius hic hærent: quæ carmine rite notant.
Iccirco fili de Moribus Officiisq;
Carmẽ habes:tu disce simul cum fratribus illud
Hæc intra luces uiginti lusimus:ac tu
Intra annũ discens:prudens eris:atq; modestus:
Speculi Finis.

¶ Vitæ Sylua:per Ant. Mancinellum.



Væ mihi terra parẽs:q̃ me gẽuerẽ pẽtes
Cognomẽ fuerit qua ratione datum.
q̃ mihi iũcta thoro:qb9& cõitat9alũnis:
Hinc studia:hinc mores calliopea refer.
Velitræ — Volscorum,insignis magna & populosa Velitræ
Est urbs in latio rura uetusta tenens.
Colle sita est humili:clypei cui forma rotundi.
Porta duplex:insunt bis pia templa decem
Sunt putei celæstis aquæ:puteiq; fluentis:
Circũstant septem mœnia fonticuli.
Sunt plateæ:pulchræq; domus:sunt strata uiarum:
Est in conspectu mons mare saltus ager.
Est pomptina palus:Circeii:Asturria turris:
Mœnia Nuntumnæ fluctibus huda maris.
Non procul inde Antum fortunæ regie quõdam
Ardea non longe est:Lanuuiumq; prope.
Sermoneta iugo:Norbæ:Chora:maxima turris
Prænestе a tergo montibus impositum:
Distat ab urbe quidem uiginti milia passum.
Triginta a circes sedibus urbe iugis
Sunt fontes agro passim:sunt arua:gregesq;:
Vineta:arbustum:pascua:rura: nemus.
Hinc alimenta ignis:Volucrũ genus omne parat:
Hinc quoq; fuluus Aper:caprea:cerua:lepus:

Græcula uina quibus gnosci mitissima cedunt:
Cargara uix segetes tot libyeue ferunt.
Quot mare tyrrheno pisces capiuntur: ad urbem
Hac pergunt: hinc est copia magna uiris
Non desunt lacuum pisces: non fluminis ulli.
Sub dicione licet flumina nulla: lacus.
Augusti patriam prisci dixere latini
Augustus Cæsaris imperium cui tribuere poli
Ante diu q̃ natus erat: nam fulmine tacta
Parte urbis: uates consuluere pios.
Responsum quandoq; fore: ut rerum poteretur
Ciuis in Augusto sors ita uera fuit.
Hæc eadem conferta uiris: quibus opida nulla
Clara magis: seu lex seu medicina placet:
Astrorum cœliq; uias: rerumue tenere
Causas: cœlicolũ numina nosse deum:
Pontifici summo tantum subiecta: potitur
Iure suo: & quicquid prouenit ex aliquo.
¶ Liberior nulla est sacræ dicionis alumna
Hac ubi parturiens Angela te genuit.
Angela mater Nomine digna suo uirguncula iuncta Ioanni
Casta quidem mitis fida uenusta pudens.
Octo & uiginti nondum possederat annos
Idibus Augusti dormiit alta petens.
Quinq; tamen genitis mulier prius edita partus
Hinc tu post alius nomen Aui referens.
Hinc Bernardinus: nata hinc cognomine primæ.
Infantes pereunt tres: duo tecta colunt.
Bis duo post mensis Iacoba est tradita patri
Angela nata tibi nomina matris habens.
¶ Corpore non alto fuerat Pater inclytus acri
Ioannes pater Ingenio: quãuis grãmata nulla sibi
Sæpe magistratum gessit: nam sæpe Nouemuir
Electus: sæpe est missus ad ora ducũ.
Iudæos pepulit ciuis ob: fœnore pressos:
Constituit montem qui pietatis inest.
Pietatis mons Lege tamen posita: fieret ne fœnus ab ullo
Amplius: & pœna est omnibus inde data.
Tentauit quãdoq; tamen gens impia rursus
Allicere spreta religione canes.
Concilium petiit genitor furibundus & acer

Tum minitans clamat crimen ;onusq́ fore.
Pro superos aurum tanti est:ut intra fidemq́
Dissoluat contra fasq́ piumq́ simul.
Hebræus Hebræus sed enim Romæ corruperat omnes
Vix tamen egressus fulmine tactus obit.
Tum patrem dixere pium:miracula cuncti
Dixerunt precibus talia facta patris:
Ex illo nemo est ausus tentare nefanda
Et magis atq́ magis mons pietatis habet.
Patris obi-tus Post ubi lustra decem genitori parca peregit
Destitit:heu pietas quid iuuat esse pium?
Impia fata uiro mortem tribuere nefandam
Et si cultor erat maximus ille deum
Impia fata nimis subita præcordia labe
Presserunt :cecidit lingua animusq́ simul:
Indoluere omnes orbati ciue benigno
Non aliter q̄ si patria capta foret.
Tu tamen ante alios luctu miserandus:& alter
Quo tibi restiterat gratius orbe nihil
Lugebas merito charo genitore perempto.
Cui fueras uita charior ipse sua:
Nam te dilexit plusq̄ pater ullus amarit:
Hinc labor omnis ei non labor ullus erat
Bernardi-nus frater ¶Nec Bernardinum cura leuiore colebat:
A quo ut ledæo Castor:amatus eras
Dum passa est Atropos sæuissima:dumq́ sorores:
Dum licuit cœlo:sideribusq́ frui
Quinq́ & enim lustris exacti temporis usus
Post obitum nono mense parentis obit.
Infelix nimium Romæ sine fratre peremptus
Dum uacat iuuentis Delphice Apollo tuis:
Accessit cumulus fraterna morte parentis
Iacturæ:accessit luctus & usq́ dolor.
Hic opus artè fuit:ne te quoq́ portitor acri
Mœrore affectum ferreus acciperet.
Profuit interdum sapientum uisere libros:
Profuit & somno lumina mesta dare.
Mancinel-lus unde di-ctus ¶Iam tibi cognomē dederit quæ causa docebo:
Cum dederit primis ante Palumbus Auis:
Dum Stephanus puer esset Auus: Leuoq́ lacerto
Fortior: accæpit quod tibi nomen inest.

Tu dexter: Natiq; tui: fraterq; paterq; :
Sed Mancinellus dicere sicut Auus.

Angela uxor — ¶ Angela iuncta tibi iuni post octo calendas
Atq; decem: Nono mense peregit opus.

Filii — Porphyrium genuit: quinquēnem pestis ademit:
Martha secunda fuit peste perempta simul.
Pindarus & Quintus: Phæstus quoq; te comitant:
Prisca: Aquilinus item: uel Titus astra tenent:

Studia — ¶ Ordine cūcta modo referā quæcūq; supersunt:
Vt studia: ut mores: quæ tibi parca dedit.
Grammaticem puerum docti docuere latini:

Patris cura — Cura tui fuerat maxima nanq; patri.
Qui rector custosq; pius Venusinus ut olim
Expulit omne nephas: contulit omne decus.

Studia — Consilio cuius ciuilia iura petisti
Ad logicam uertit post medicina uirum:
At quoniam data sunt mortalibus omnia cælo
Pieridas uoluit reddere uirgo tibi.
Præteritis igitur septemter messibus æui

Mancinelli opera — In patria doctor publicus eligeris.
Verborum regimen: uariatio: spica: figuræ
Thesaurus: flores: hic uigilata prius.
Gymnasiū post Roma dedit: Cōmenta Maronis
Tum Satyri: hinc Flacci: Versilogumq; paris:
Pomponi hortatu Venetas deductus ad oras
Laurentis limam scribis: & inde modum.
Somnia quis maior declaras Scipio uisus:
Rethoricenq; simul uel Ciceronis opus.
In patria speculum de moribus: officiisq;:
Sermonumq; decas scribitur: hortus item.
Lexicon: Emporium: diuersa epigrāmata: persi
Solini: Aeneidos: glosaq; fit ualeri.

Venus — ¶ Segnis ad idaliam cauisti furta maritæ:
Cauisti quicquid turpius esse potest.

Mores — Non auidus rerum nisi quas natura requirit:
Nemo tibi captus fraude dolisue fuit.
Nil præter rectum placet & laudabile: quicquid
Turpe fugis: toleras qualiacunq; libens:
Hinc placidus: mitis: pudibundus: relligioni
Deditus: hinc optas relligione frui:
Mentiris raro: negligis conuicia magnus:

Irato cedunt ira furorq; grauis.
Munere nam diuum patiens tolerare paratus
Quicquid in orbe tibi fata dedere mali.
Somni q̃ minimi curarum mole repressus:
Nam tibi ni doceas uictus adesse nequit.
Egestas Sæpe necessariis caruisti:cœlius olim
Passus idem:nec nunc aureus unus adest:
Post obitum uiuẽs:aqua uel cibus:optima forma
Somnia Sacrorum cultus:somnia grata ferunt
At uenus econtra:nummi:uel monachus.ignis.
Auspicium cornix ille uel esto malum.
Staturẽ Corpore non tenui nec pleno longus haberis
Nigro octoginta lumine pollicibus.
Cumq; nihil doleas sincero corpore toto
Iam decies annos quattuor inde tenes.
Mille & quingenti fiunt nunc octo remotis
A puero cycli:quem pia uirgo parit.
Alexander vi. Sextus Alexander cleri iam pastor habetur:
Post tamen Eugenii tempora lumen adis.
Hactenus ista satis:uerum si plura supersint
Adiiciam post hæc omnia:iamq; Vale.

Ant.Mancinelli publica Munia.

Ter septem fueram solummodo natus ad annos:
Quum mihi mercedem patria grata dedit.
Quatruor hic hyemes ter:legi:peste fugatus
Sermonetanis annua musa fui.
Quinq; per autumnos uidit me Roma legentem:
Phanenses anno me sonuere lares.
Inde duos annos Venetam:totidemq; calendas
Excolui pubem:dogmata nostra docens.
Quattuor in patria:Venetis redductus ab oris
Edocui messes:gallica tela tremens.
Contigit Oruieti binos docuisse per æstus:
Quinq; p autũnos rursus in urbe lego.
Inde mihi merces studioso publica nunq̃
Desuit ex illo tempore:quo docui:

Ant.Mancinelli Vita.MDvii.

Lustra dicem lachesis mihi ut tres cõtulit annos:
Conferet et ulterius:Calliopea notet.
Statio totius anni.

Per Ant. Mancinellum Veliternum.
Statio totius Anni in Vrbe.
Vigiliarum Ieiunia.
Solemnia festa iussu celebranda.
Sacri palatii & Ro. Gymnasii festi dies.
Baptismi sacri effectus:
Aue Maria.



Statio totius Anni in Vrbe.

Siquis adire uelit Stationũ limina: Clio
Nostra feret: quoquo sint adeunda die.
Virgo Sabina prius ueneranda: Georgius inde:
Proxime ioannes Paulus &: inde Triphon.
Tum Laterana domus: nodosaq; Vincula Petri:
Aedis Anastasia: templa recepta niue.
In Panisperna Laurens: & Apostola sedes:
Tum Petrus: & Mariæ Nauiculana domus.
Limina Clæmentis: Balbinæ altaria: post hac
Cæciliæ templum: Transtyberina parens.
Vitalem Petrus: Marcellinusq; sequuntur:
Hos Laurens extra mœnia: Marcus item.
Templa Pudentianæ: tum Xysti limina: Cosmæ
Atria: quæ pariter tu Damiane colis.
Laurentis Lucina datur: delubra Susannæ:
Ara Crucis: Sancti quattuor: hinc Damasus:
Pauli ædes: Syluestri ara: Eusebiiq; sacellum:
Post Nicolae uetus Cancre: & Aula Petri:
Chrysogonus de hic: Cyriacus: Marcellus: Apolli
Naris: ab hoc Stephani recta rotunda petes.
Numina ioannis porta uenerare Latina:
Post Laterana solet pandier aula piis.
Limina Praxedis: Priscæ delubra terenda:
Regia maioris: tum Laterana datur.
Aula Crucis: Laterana domus cuicunq; petenda:
Paschate maiori limine Virgo fauet.
Pᵒ Pascha — Hic Petrus: hic paulus seq́: post mœnia Laurẽs:
Limen Apostolicum: Virgo Rotunda tenens.
Mi Lacerana ædes Saturni luce petenda:
Paschatis octaua Paneratiana domus.
Maria populi — ¶ Quoq; die populi Mariana palatia uise:
A medio sacri temporis ad reliquum.

Crux ierusalē ¶ In Crucis ædicula ueniam concedit Iesus
Crimina confessis confiteare lubens:
Cratia plena datur ueniæ: cum Martius edet
Marcus Bis denam lucem: pœnituisse decet.
¶ Aprilis ueneranda quater lux postera senis:
Rogationes Crux & enim Marci lustrat in urbe uias.
¶ Si Fuerit triplex indicta rogatio Romæ
Luna diem Petro dedicat alma suum
Luce quidem Martis Laterania tecta petuntur:
Ascensio xpi Mercurii maior Virginis aula die
¶ Quum deus ascendit uisuntur limina Petri
Penthecoste Visitur & uultu mappula picta dei:
¶ Vaticana Petri santissima tecta coluntur:
In Pēthecostes luce priore mihi.
Quattuor tempora Altera lux Petri durissima Vincula pandit:
Debet Anastasium tertia culta dies
¶ Quattuor inde patent ieiuni tempora: primum
Vaticana fauet: Maior & aula niuis.
Quattuor tempora Luce Iouis Laurens extremus: luce Diones
Limen Apostolicum mox tamen aula Petri
¶ Tempora ieiuni Septembris Quattuor insunt
Idibus exactis: præteritaq; Cruce.
Dominicæ Aduentus Mercurio petimus maiorem Virginis ædem
Sedis Apostolicæ mox datur inde Petri
¶ Numinis aduentu: Soliq; prima dicatur
Quattuor tempora Lux: Mariæ templum maius adire solet.
Crux erit alterius: Petri lux tertia fiet:
Debet Apostolicum quarta subire tholum:
¶ Lucia uirgo Idus celebratur tua sacra decembris
Tempora ieiuni Quattuor inde tenes.
Itur in exquilias: ubi Virginis aurea tecta:
Hinc ubi Apostolicum limen: & Ara Petri
Natalis dies ¶ Sol qui Natalem præcesserit omnipotentis.
Ducit iu exquilias: est ubi Virgo parens.
Azyma Natalis media dum nocte sacrantur
Visito præsepim: Regia maior habet.
Aurora ueniente deus celebratur in Ara
Aedis Anastasiæ: qui pius ito libens.
Hinc repetas ædem tituli maioris: adesto
Dum canitur sacris: inde redito domum:
Stephanus ¶ Aula rotunda colit Stephanum lateranea sedes

Ioannes Numen Ioannis Maior & aula Niuis:
io.Caput Syluestriq; ædis:caput hic Baptista uidetur
Quod tibi Ioãnes impia uirgo rapit.
innocentes ¶Insontes Paulina colit sub mœnibus ara:
Circuncisio Tu Circũcisum Transtyberina parens.
Epiphania ¶Stella triũm Regum Petri ueneratur in ara
Thus:Aurum:Myrrham:concipiente deo
Septuagesi. ¶Illa dies (Clero quæ Septuagesima fertur)
ma Extima Laurentis limina iure petit.
Saxagesima Altera lux (retinet quam Sexagesima) Paulum:
Quuinquage In Penthecoste uisitur Aula Petri.
sima Crata Alphonsi moniti Stationum carmina lector
Edita:respueris:tu meliora face.

Vigiliarum Ieiunia.

MOs erat in templis noctu uigilare:ꝑcando
Suppliciter diuos:quũ pia sacra forent.
Ast ubi cœperũt uanis:& turpibus:atq;
Obscœnis potius:q̃ uigilare preci:
Instituere patres Ieiunia luce priori:
Inde tenent uigilum nomen ut ante fuit.
ieiunia Nec satis utiliter fiunt ieiunia mensæ
Ni Venerem:ni tu fugeris omne probrum.
Crata deo magis atq; magis ieiunia probri
Quam mensæ:abstineas crimine:gratus eris
Nec ieiunanti penitus Thoraca repleri
Fas est:nil nimium præcipit ille Sophos.
Lactanti:Aegroto:Senibus:Peregrino: Operanti
Tempore ieiuni sæpius esse licet:
Vtq; dies pateat ieiuni quælibet:ipse
ieiunãdi dies Carmine iam referam: qui pius esto memor.
¶Quadragena parat cœlestia regna fideli:
Ieiunanda tamen Vir:mulierq; tibi.
Tempora si fuerint ieiuni quattuor:illis
Ieiuna:& cessent Caseus:Oua:Caro:
Precedens lux alma pii Natale parentis
Ieiunanda fidem qui tenuere poli
Si Christi Natale uenit Cytherea dicato
Mane tibi licitũ frustula carnis edi
Debet Apostolicis ieiunia rite diebus
Præposuisse uolens limen adire deum
Nulla Philippus habet ieiunia:sic Iacobus

Sic & Ioannes mystica sacra notans.
Hæc penthecoste:Laurens Assumpta Virago:
Hæc & ioannes tempore messis habeut.
Si iubet Antistes populo ieiunia:fiant
Qui uouet obseruet quiq; fatendo:capit.
Saturni peragenda tibi ieiunia lucet
Si tenet Artemidis festa colenda dies.

Solemnia festa iussu celebranda.

Quæ celebrāda deū fuerut solēnia iussu
Pontificū:Vraniæ uirginis ora canant.
Quæq; dies solis toto uenerabitur anno
Dominica — Hac &.n.Christus morte resurgit ouās.
Natalem domini cultu:Stephaniq; receptes:
Numina ioannis:tum puerile sacrum.
Natalis — Lux quoq; Syluestri colitur:ianiq; Calendæ:
Stella trium:quibus est tradita Myrrha deo.
Mariæ Festa — Sunt mariæ celebranda tibi Solemnia quinq;
Pontificum iussu:cætera quando lubet.
Nascitur octaua Septembris luce Virago:
Concipit octauo sole December eam.
Purificat Mariam Februari mane secundum:
Concæpit uerbum mense gradiue tuo.
Sextili Assumpta est cælestia regna petendo
Pascha — His colitur causis quinq; Virago poli.
Paschate surrexit mundi fabricator ab imis:
Terna dies igitur concelebranda piis.
Apostoli — Debet Apostolicis iungi cultura diebus:
Nam duodena pios ducit in astra cohors.
Crux — Quinto æquidem Maii Crucis est inuentio nonas
Ioannes — Numina ioannis torrida messis habet
Ascensio — Quum deus ascendit summa pietate colendus:
Corpus xp̄i — Est ueneranda sacri Corporis alma dies.
Penthecoste — In Penthecoste duodenis Spiritus almus
Traditur:hinc teruo concelebranda die.
Laurentius — Sextili celebrato diem Laurentis adusti:
Franciscus — Continet Octobri Stigmata quarta dies.
Michæl — Ante diem Seprembris erunt tua festa Michael
Supremum:iusso quæ ueneranda mihi:
Sācti omnes — Nnmina cuncta lubens ortu uenerare Nouembris
Martynus — Martyni undecimo Sole uerenda dies
Pontificum iussu diuorum festa coluntur

Vota — Hactenus: in reliquis (ut iubet) esto pius.
¶Pollicitus uoto festum celebrare memento
Episcopus — Si uoti compos: Si tibi numen adest.
¶Si iubet Antistes uenerari Numen oportet
Illius edicto quenque fauere libens.
Antonius — ¶Antoni celebrare tuum Natale solemus
Lucia — Vltro omnes: Sic & Lucia uirgo tuum.
Nicolaus — Sic Nicolae tibi meriti redduntur honores:
Doctor ec- — Bis duo sacrorum lumina sponte coles.
clesiæ — Vrbe Veliterna uoto celebratur ad unum
Eleutheri. eps — Martyr Eleutherius: præsulis ora patent.
Ter Maii septena dies ueneratur eundem:
Pontianus — Currit equus: iuuenum qui citus: ille præit.
papa — Pontianus martyr uoto celebratur eodem:
Quod decimo nono mane Nouembris erit.
Rhoccus — ¶Iuuerit ob pestem Rhocco noisse quot annis:
Leonardus — Quina ter Augusti prætereunda dies
Gyrald' eps — ¶Te Leonarde petit sexto captiua Nouembris
Turba die faueas: carcere solue pium
Circuncisio — ¶Vrbe Veliterna Gyraldum mane Decembri
Antonius — Septeno colimus: præfuit ille sacris.
Sebastianus — ¶Sacri palatii & Ro. Gymnasii Festi dies.
Hagnes — Ianuarii Festa.
Vincentius



Ymnasii uenerãda dies: sacrique palati
Iam canitur: Musis regia Virgo faue
Principio ianũ senis uenerare diebus
Antoni cultum septima dena refert
Ara Sebastiani decimo bis sole petenda:
Hagnetis deno est undecimoque dies.
Mane bis undeno Vincentia tecta petuntur:
Tertia lux Paulum uerterit inde sacris.
Paulus — Februarii Festa.
Maria — Purificat Mariam Februari mane secundum:
Blasius — Tertia lux Blasi te celebrare solet.
Agatha — Quinta dies Agathæ numẽ colit: esto Cathedra
Cathedra — Sole bis undeno Petre colenda mihi
Mathias — Bis duodena colunt Mathiam lumina solis:
Cineres — Stultitiæ tp̃s sol Cinerũque uacant — Martii Festa
Thomas — Martis Aquinatem diuum uenerabere nonis:
Gregorius — Gregorii fuerit lux duodena pii
Benedictus — Ter septem colitur Benedicti lucibus ara.

STATIO TOTIVS ANNI

Anuntiatio	Nuntia uiginti quinque diebus erunt.
Pascha	Pascha præit septena dies: septena sequetur:
	Tnnc & enim patuit Regia celsa piis.
Georgius	Aprilis festa
Marcus	Lux erit Aprilis terna & uicena Georgi:
	Bis duodena fluit: post tua marce datur.
Philippus	Maii festa
Iacobus	Ara Philippe tua est Maii ueneranda Calendis:
Crux	Tunc Iacobe tuam sexus uterq; petur.
Ioãnes lati.	Tertius at Maii Crucis est inuentio Titan:
Angelus	Sextus Ioannem porta Latina colit.
Ascensio	Angelus apparens Octauo cernitur Idus:
Pentecoste	Quæ præit Ascensnm sit tibi festa dies.
Iuon	Quam Pentecoste sequitur celebrare solemus:
	In decimo nono mane coletur Iuon.
Barnaba	Iunii Festa.
Ioannes	Vndecimo Iuni ueneraris Barnaba sole:
Petrꝰ & pau.	Riteq; Ioannem bis duodenus habet.
Paulus	Lux Petrum: Paulumq; tenet penultima Innii
	Vltima lux Paulum commemorare solet.
Visitatio	Iulii Festa
Thomas	Visitat exixtam pia Iuli mane secundo:
Magdalena	Septima lux Thomam transtulit: inde sacra:
	Bisq; undena dies Magdalenæ tribuetur:
Iacobus	Bis duodena fluat: post Iacobus erit.
Vincula pe.	Augusti Festa
Nix	Luce Calendarum Sextilis Vincula Petri:
Laurens	Ninxerat in Nonis: hinc celebranda dies.
Assumptio	Quarto Idus uenerãda pie tua numina Laurens:
Ludouicus	Ter quinus Mariam sumpsit in astra dies.
Bartolomeꝰ	Ludouicus erit nona bis luce colendus.
Ioannes	Quinque & uiginti Bartholomæus habet.
obtrũcatur	Augusti uicena dies & nona refulgens
	Cædit Ioannem Virginis ore truci.
Maria	Septembris Festa
Crux	Nascitur octauo Septembris Mater Iesu:
Matthæus	Idibus exactis Crux ueneranda mihi.
Michael	Ter septem Matthæe colunt tua numina soles:
Hieronymꝰ	Dauda Michaeli est antesuprema dies.
	Triginta Septembris erunt Hietnoyme luces
	Quæ tibi sacratæ: quæ tua festa colunt.

Octobris Festa

Fracifcus Lucas Simon — Concinit october Franciscum lumine quarto
B is uono Lucas scriba colendus erit.
Rite quater septena dies celebranda Simoni
Iudas — Vel Iudæ fuerit: nam simul illa uenit.

Nouembris Festa.

Sancti oes Mortui — Numina cuncta lubeus ortu uenerare Nouembris:
Saluator — Postea defunctis est adhibenda dies.
Martynus — Lux Saluatori Laterano nona dicatur:
Petrus & Paul. — Martyni undecimo sole uerenda dies.
Et Petro: & Paulo nonum bis mane dicetur:
Cæcilia — Quære bis undeno limina Cæciliæ
Clæmens — Clæmenti uicena dies: & terna refulget:
Chrysogonus — Chrysogonū recte bis duodena colit
Catharina — Te Catharina dies quina & uicena uetetur:
Andreas — Vltimus Andrean rite Nouenber habet.

Decembris Festa.

Nicolaus — Te Nicolae fouet terno bis sole December:
Ambrosius — Ambrosium coluit septima iure dies.
Conceptio — Virginis octaua est Conceptio luce Deecembris
Lucia — In decimo terno Lucia Virgo die.
Thomas — Ter septem coluere dies miracula Thomæ:
Vigilia — Ante ortum Christi lux ueneranda piis.
Natalis — Natalem domini: cunctasq; ex ordine luces
Epiphania — Obserua: donec Myrrha Sabæa uenit.

Cymnasii patuere dies: sacriq; palati:
Quis uacat officium: quis datur ulla quies
Qui didicit meminisse ualet: quo tpe quo sint
Festa die: quid tu discere lentus eris?

Baptismi sacri effectus

Vt peccata lauet: corpusq;: animumq; pudicum
Seruet: Baptismi sacra subitur aqua.
Virtutes omnis confert: peccata remittit
Cor fluit inde nouum: Spiritus inde recens.
Felices igitur sacro Baptismate loti:
Cum lotis semper Christus Iesus erit.

Aue Maria.

Christi mater Aue: nostri miserere: periclum
Omne tuis absit: pax diuturna fiet:
Anno M. D. V I I. die. X. Februartii.
De Poetica Virtute.

¶ Antonius Mancinellus Artiū & Medicinæ Doctori eximio Philosopho item amplissimo Antonio Petricæ.

POetas Veliternoꝝ & latii ꝑstātissime doctor: Eloquētiā bonosq̧ mores efficere: q̄ plurimi & iure testanť. Vnde Fabius uolumine.x. Plurimū dicit oratori cōferre Teophrastus lectionē Poetaꝝ: multiq̧ ei⁹ iudiciū sequūť: Neq̧ īmerito: Nanq̧ ab iis i reb⁹ spiritus: & i uerbis sublimitas: & i affectib⁹ mot⁹ ois: & i ꝑsonis decor petiť. Idē paulo iferi⁹ ait: Homerū oibus eloquētiæ ꝑtibus exēplū & ortū dedisse. Strabo ēt p̄io lib: Quis Homero præstātior ad eloquēdū: De morib⁹ āt Cū multæ & claræ & dignæ i eis sentētiæ: ut appebit: Tum ipse Naso testimonium præbet. Is enim de artæ uolumine.iii. scribit:

Adde q̧ insidiæ sacriis a uatibus absunt:
Et facit ad mores ars quoq̧ nostra bonos.
Est deus in nobis: sunt & commertia cœli:
Sedibus æthereis spiritus ille uenit.

¶ Fabius itē i.x. de alcæo poeta ait: multū ēt morib⁹ cōfert. Strabo quoq̧ uolumie primo cōmemorat: poeticā ab ineūte nos ætate ad uiuēdi rationes adducere: mores & affectiones edocere: res gerēdas cū iucūditate præcipere: & iccirco græcoꝝ ciuitates ab ipso primordio eoꝝ liberos ī poetica erudiisse. Iniuria igiť a qbusdā dānari uidenť: ꝑsertim q̧ a catholica fide remoueāt eis inuigilantes. Id eqdē ego falsū eorūdē poetaꝝ uerbis oñdā. Decē nanq̧ legis p̄cepta in ipsis reperiem⁹. Septē quoq̧ mortalia uitia illos & dānare & ꝓhibere uidebim⁹. Plurima itē q̄ optima edocere: quæ & tituli mōstrant. Vale patriæ decus. hæc Calendis Augusti. Mccccxcv.

¶Poetarum laus.tit.i. Cicero pro Archias

AT qui sic a summis : eruditissimisq; homi nib⁹ accæpim⁹ : Cæteraꝝ reꝝ studia & do- ctrina & præceptis : & arte cõstare. Poetam natura ipsa ualerẽ : & mẽtis uirib⁹ excitari. & quasi diuino quodam spũ inflãmari. ¶Quare suo iure nr̃ ille Ennius sanctos appellat poetas : ut quasi deoꝝ aliquo dono atq; munere cõmẽdati nobis esse uideaut : ¶Sit igitur iudices sanctum apd̃ uos huma nissimos hoies hoc poetæ nomen : quod nulla unq̃ barbaria uiolauit. Saxa & solitudies uoce respõdẽt. ¶Homerũ Colophonii ciuem suũ esse dicunt : Chii suũ uendicant : Salaminii repetunt : Smyrnii uero suũ esse cõfirmãt. ¶Charus fuit Aphricano supiori noster Ennius : itaq; etiamin sepulchro Scipionum putatur is esse constitutus. ¶Quid noster hic magnus : qui

Poeta
Poeta
Homerus
Ennius

Theophāes cū uirtute fortunā æquit. Nūc Theophanen mitylenæū scriptorē rerum suaꝝ in cōtione militū ciuitate donauit: & nostri illi fortes uiri: sed rustici ac milites: dulcedine quadā gloriæ cōmoti: quasi participes eiusdē laudis magno illū clamorē appbauerūt.

Darii scrini⁹

¶Plynius.li.vii.c.xxxi.



Lexander magnus inter spolia Darii psarum regis unguentorū scrinio capto qd erat auro gemisq; ac margaritis ꝑciosū: uarios eius usus amicis demōstrātib⁹: qñ tædebat unguēti bellatorē & militia sordidū: immo hercule iquit librorum homeri custodiæ detur: ut pretiosissimū humani animi opus q̄ maxime diuite opeꝛ seruareꝛ. ¶Idem pindari uaris familie penatibusq; iussit parceꝛ: quum thebas raperet: ¶Aristotelis philosophi patriā suam credidit. ¶Archilochi poetæ iterfectores Appollo arguit dlphis. ¶Sophoclemi tragici cothurni principem defūctum sepeiire liber pater iussit obsidētibus mœnia lacedæmoniis lysandro eorum rege in quiete sepius admonito: ut pateretur humari delitias sua. ¶Rex quis supremum diem Athenis obiisset: nec difficulter ex iis quæ de⁹ significasset intellexit: pacemq; funeri dedit.

Pindarus
Aristoteles
Archiloch⁹
Sophocles

¶Aristoteles libro.i.Metha.

Philōythes

¶Philomythes & fabularum amator est aliqualiter philosophus: quia fabula ex mirabilibus cōstituitur fabula autē fabulor est nobis:

¶Strabo in.i.

Poetica

¶Sapientissimi qui de poetica quicq̄ elocuti sunt: primā quandā philosophiā poeticā esse afferunt. Et inferius s: Antiqui uero poeticā primā philosophiam quandā esse perhibent: quæ ab ineunte nos ætate ad uiuendi rationes adducit: quæ mores: quæ affectiones edoceat: quæ res gerendas cū iucunditate præcipiat. ¶Postariores uero solū poetā ipsum sapiētem esse asseruerunt. Quamobrem græcoꝝ ciuitates ab ipso primordio eorū liberos in poetica erudierunt: nō nudæ utiq; uoluptatis sed castæ moderatiōis grata: Et infra. Nunquid & poetarum auditoribus ni

Poeta

hil confert ad uirtutem: ut locorũ multorũ: & mil
tie: & agriculturæ gnari existant.

Pomata

¶ Fabius Quintilianus libro. i.

¶ Denicꝫ credam⁹ sũmis oratoribus: q ueterꝫ poe-
mata: uel ad fidẽ cãꝫ: uel ad ornamẽtũ eloquẽtiæ
assumũt: Nã pcipue qdẽ apud Ciceronẽ frequẽti⁹
tñ apud Asiniũ ẽt & cæteros q sũt pximi: Vidim⁹:
Ennii ac Pacuuii: Lucilii Terẽtii Cæcilii & alioꝝ in
seri uersus: Sũma nõ eruditionis mõ grãsed ẽt iu-
cunditatis: Cũ poeticis uoluptatibus aures a forẽsi
asperitate respirẽt: qbus accedit nõ mediocris utili
tas: cũ sententiis eoꝝ uelut quibusdã testimoniis q̃
pposuere cõfirmẽt.   ¶ Idem libro. v.

Poetarum sententiæ

¶ Sentẽtiis qdẽ poetarũ: non orones mõ sunt re-
ferte sed libri ẽt philosophorũ: qui quãq̃ inferiora
oĩa pceptis suis ac lr̃is credũt: repetere tñ auctorita-
tem a pluribus uersibus non fastidierunt.

¶ De studio hũanitatis. tit. iii.   Cicero p Archia.

¶ Hæc studia adolescẽtiã agũt senectutẽ oblectant
secũdas res ornãt: aduersis pfugiũ atcꝫ solatiũ præ
bent. delectãt domi: nõ impediũt foris: pernoctant
nobiscũ: peregrinantur: rusticantur.

¶ Aulus Gelius libro. xii. c. xv.

humanitas

¶ Qui uerba latina fecerunt: Humanitatẽ appella-
runt id ppe modũ qd' græci. παιδειαν. pædian.
uocãt: nos eruditionẽ instõnemcꝫ ĩ bonas artes di
cimus quas qs sinceriter cupiũt: appetuntcꝫ ii sunt
uel maxĩe hũanissimi: huius. n. sciæ cura & discipli-
na ex uniuersis aĩantib⁹ uni hoi data est: Iccircocꝫ
humanitas appellata est.

¶ Vtcꝫ Cicero p archia poeta inqt: oẽs artes: q̃ ad
humanitatẽ pertinẽt: habent quoddã cõe uinculũ:
& quasi cognatiõe quadã inter se cõtinentur.

Deus unus.

¶ Vnũ deũ patrẽ oĩpotentẽ creatorẽ cœli &
terræ: oĩumcꝫ rectorẽ. iii.   Virgilius. x.
Tũ pr̃ oĩpotens: rerũ cui summa ptãs. Infit.
O pr̃ o hoĩum: diuũcꝫ æterna ptãs. ¶ Virgilius. iiii.
Ipse deum tibi me claro demittit olympo
Regnator: cœlum & terras q numine torquet.
¶ Homerus. iii. iliados.
¶ Iupiter omnipotens: rerũcꝫ æterna potestas
Cuncta tuo qui regna pater sub numine torq̃s.

¶Ouidi.ii.tristium.

¶Iure igitur genitorq; deum: rectorq; uocatur
Deus Iure capax mundus nil ioue maius habet.
Ciuitates ¶Tullius libro.vi.de rep:

¶Nihil est enim illi principi deo: qui oēm mundū regit: qđ qdē in terris fiat acceptius: q̄ concilia cœtusq; hoīum iure sociati: q̄ ciuitates appellantur.

¶Plinius libro.ii.

¶Innumeros quidē credere uidelicet deos: atq; ēt ex uirtutibus uitiisq; hoīum: ut pudicitiā cōcordiā: mētē: spē: honorē: clæmentiā: fidē: aut ut Democrito placuit duos oīo pœnā & bñficiū maiorem ad secordiam accedit. ¶Deum esse ubiq;.iiii. Virgilius Aegloga.iii. ¶Ab ioue principiū musæ: iouis oīa plena: Ille colit terras. ¶Lucan⁹. ¶Iuppiter est quodcūq; uides: quocūq; moueris.

¶Virgilius.vi:

Deus unus ¶Spiritus intus alit: totāq; infusa per artus
Mens agitat molem.
Deus ¶Ipse.n.est spūs sine quo nihil moueť aut regitur.
¶Deum esse oībus æquū v. Virgilius.x.
iupiter ¶Rex iuppiter omnibus idem.
¶Homerus.xx.iliados.
¶Deus æquus utrunq; respicit. ¶Sillius.iiii.
¶Mite & cognatum est homini deus

¶Deum gaudere fide.vi.

Acconitus ouidianus.

Deus ¶Non boue mactato cœlestia numina gaudent.
Sed quæ præstanda est & sine teste fide.
Fides ¶Deum gaudere sola etiam uoluntate.vii.
¶Ouid.iii.de ponto.
Voluntas ¶Vt desint uires: tamen est laudanda uoluntas
Hac ego contentos auguror esse deos
Hæc facit ut pauper ueniat quoq; gratus ad aras
Et placeat cæso non minus agna boue
Nec quæ de parua pauper diis libat acerra
Tura minus grandi q̄ dat lance ualent.
¶Deum colendum & non spernendum.viii.
Primo Georgicorum.
Dii ¶In primis uenerare deos. Nemo autē poetas debet arguere q̄ deos aut diuos dicant: Eo nanq; mō accipiunt illi quo & Romana ecclesia. Legimus.n.

Quoniam tu dñs altissimus sup oēm terrā:nimis exaltatus es sup oēs deos.i.angelos sanctos q dicunt dii participatiue.Dan.secūdo. Excep is diis quorū nō est cū hoībus cōuersatio.Ita Nicolaus de lira exposuit.¶Diuus ēt Cyprianus ait.Deos.n.plures esse pticipatione:Nemo negat.

¶Virgilius.vi.

iustitiam ¶Discite iustitiā moniti:& non temnere diuos.

¶Homerus.iiii. iliados.

¶Contemni numen olympi.

Deorū pœnæ Haud impune sinūt superi:scelera impia quanq̄
Distulerint:culpas hominū grauiora morantur
Supplicia.

¶Homerus.xxiiii.iliados.

¶Dignus honos superum.

¶Ibidem.

Dei iussa ¶Ibo equidem:neq̄ enim magni contēnere fas ē
Iussa iouis.

¶Ibidem.

Blasphemia ¶Nam uereor mandata iouis.

¶De blasphæmia.ix.Tibul.epistola.iiii.tertii.

periuria ¶Nec uos insanæ meditantis iurgia linguæ
Impia in aduersos soluimus ora deos

Testes ¶Christum uenisse cœlo & uirginem.x.
Aegloga.iiii. Virgilius e Sybillæ dictis

fides ¶Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo
Iam redit & uirgo:redeunt saturnia regna:
Iam nona progenies cœlo demittitur alto

Fides ¶Ne iures uana per eum.xi.
Acontius Ouidianus
¶Tantum periuria uita.

pax ¶Ouidius.i.de amoribus.

¶Non bene cōducti uendunt periuria testes

¶Fidem seruandam.xii.Dido Ouidiana.

¶Nec uiolasse fidem tentantibus æquora prodest:
¶Perfidiæ pœnas exigit ille locus.

¶Ouid.in.iii.artis.

¶Reddite depositum:pietas sua fœdera seruet
Fraus absit uacuas cedis habere manus.

¶Syllus.lib.ii.

¶Neu rumpite fœdera pacis.
Nec regnis postferte fidem.

¶Sabbata sanctifices.xiii. Tibull⁹.i.elegia secũdi.

¶Luce sacra reqescat humus:requiescat arator.

Festi di Et graue suspenso uomere cesset opus.

Omnia sint operata deo.Non audeat ulla,

Lanificam pensis imposuit manum.

¶Iuuenalis sat.vi.

Sacri d ¶Ille petit ueniam:quoties non abstinet uxor

Concubitu:sacris obseruandisq; diebus.

¶Natali die sacro & orandum & sacrifican-
dũ.xiiii. Tibullus.ii.epistola secundi

Sacra ¶Dicamus bona uerba:uenit natalis ad aras

Quisquis ades lingua uir mulierq; faue

Vrantur pia tura focis:urantur odores

Quos tenere terra diuite mittit arabs.

¶Casta placere deo & superis.xv.
Tibullus epistola.i.secundi.

Casta placẽt ¶Vos quoq; abesse procul iubeo.Discedat ab aris

Cui tulit hesterna gaudia nocte uenus.

Casta placent superis:pura cum ueste uenite:

Et manibus puris sumite fontis aquam.

¶Virgilius.iii.

Castrias ¶Hac casti maneant in religione nepotes.

¶Hẽas in honore parentes.xvi. Virgili⁹:ii:Enei

Parentum pietas ¶Eia age care pater ceruici imponere nostræ

Ipse subibo humeris:nec me labor iste grauabit.

Quo res cunq; cadent: unum & cõmune periclum

Vna salus ambobus erit.

Ascanium:Anchisenq; patrem:teucrosq; penates

Marti Commendo sociis. ¶Idem in.ix.

¶Vnum oro:genitrix priami de gente uetusta

Est mihi:quam miseram tenuit non ilia tellus

Mecum excedentem:non mœnia regis acestæ,

Hanc ego nunc ignarã huius quodcũq; pericli est

Inq; salutatam linquo (nox & tua testis

Dextera) ꝙ nequeam lachrymas perferre parentis.

At tu oro solare inopem:& succurre relictæ:

Hanc sine me spem ferre tui:hac audentior ibo

In casus omnis.

¶Non occisor eris.xvii.Iuu.sat:viii.

Leges ¶Respice quid moneant leges:quid curia mandet

Præmia ꝗta bonos maneant.

¶Ouid.fast:ii.

Cædes ¶ Ah nimium faciles: qui tristia crimina cædis
Fluminea tolli posse putatis aqua. ¶ Syllius. iiii.

Cædes ¶ Cædumq; feros auertite ritus:
¶ Ouid. i. iii. artis.
¶ Vacuas cædis habere manus.

Fur. ¶ Nō fur. xviii. Iuu. sat. iii.

Turpia ¶ Me nemo ministro: fur erit.
¶ Non mœchus. xix. Iuu. sat: xiiii:
¶ Nil dictu fœdum: uisuq; hæc limina tangat

Pueri Intra quæ puer est: procul hinc procul inde puellæ
Lenonum: & cantus pernoctantis parasiti.
Maxima debetur puero reuerentia: si quid
Turpe paras: nec tu pueri contempseris annos.
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans:
¶ Tibullus. iii. epistola tertii.

Nupta ¶ Ah pereat didicit fallere si qua uirū. ¶ Ouid. i arte

Pueri ¶ Odi concubitus: qui non utrinq; resoluunt:
Hoc ē cur pueri tangar amore minus. ¶ Tybullus.
Ofuge te tenere puerorum credere turbæ
Nam causam iusti semper amoris habent.
¶ Ouid: ii de fine titulo.

Dceipe Decetpa est opera nulla puella mea.
¶ Nō testis iniquus. xx. Iuu sat: viii.
Esto bonus miles: tutor bonus arbiter idē

Testis Integer: ambigue si quando citabere tæstis
Incertæq; rei: phalaris licet imperet: ut sis
Falsus: & admoto dictet periuria tauro
¶ Nō nulli nuptā cupias xxi Oui: iii. artis
Nupta uirum timeat: rata sit custodia nuptæ:
Hoc decet: hoc leges: iusq;: pudorq; iubent,
¶ Iuu. sat. iiii.

Malus Nemo malus fœlix: minime corruptor: & idem
Incestus: cum quo nuper uittata iacebat
Sanguine adhuc uiuo terrā subitura sacerdos
¶ Ouid. ii. tristium.

Adultera Sed neq; me nuptæ didicerūt furta magistro
¶ Homerus. xxii. iliados.

Coniuux Coniunx erepta marito
Tanti causā mali: & belli reddatur origo
Tyndaris: & quicquid cum pellice uexit adulter.
Ouid. i. de remedio.

Nupta Nil mihi cum nupta:thais in arte meā est.
¶Nec rē cupias alienā.xxii.Iuu.sa..viii.
Prima mihi debes animi bona:sanctus haberi
Sanctus Iustitiæq; tenax.
¶De supbia & uana gloria.xxiii.Iu.sat.xiii.
Victrix fortunæ sapientia.Dicimus autem
Hos quoq; felices:qui ferre incommoda uitæ
Sapientia Nec iactare iugum uita didicere magistra
patientia ¶Tybullus circa finem.
Procul absit gloria uulgi
¶De auaritia.xxiiii.Iuu.sat xii.
Gloria Non propter uitam faciunt patrimonia quidam
Sed uitio cæci propter patrimonia uiuunt.
Auaritia ¶Idem sat.xiiii. Sed que reuerentia legum?
Auarus Quis metus?aut pudor est unq̄ properātis auari?
Mensura tamen quæ
Sufficiat census:si quis me consulat:edam;
Inq̄tum sitis atq; fames:& frigora poscunt:
Quantum Epicure tibi paruis suffecit in hortis.
Quantum Soctatici cœperunt ante penates.
Nunq̄ aliud natura:aliud sapientia dicet.
Crescit amor nummi:quātum ipsa pecunia crescit.
Pecunia ¶Iuu.sat.viii. Modumq;
Misericordia Pone & auaritiæ miserre inopum sociorum.
¶Ouid.i.fast.
Auaritia Tempore creuit amor.qui nunc est sūmus habēdi.
Vix ultra quo iam progrediatur habet.
Creuerunt & opes:& opum furiosa cupido:
Et cum possideant plurima:plura petunt:
Census In pretio pretium nunc est:dat census honores:
Census amicitias.pauper ubiq;.iacet
¶Cicero.i.de legibus.
Libido Quid eni fœdius auaritia?Qnid imanius libidiñ?
¶Ouid.de amoribus.
Auaritia Turpe reos empta miseros defendere lingua;
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.
¶De luxuria.xxv.Tibul epistola.vii.tertii
Turpitudo ¶Quid queror infelix turpes discedite curæ.
Amor Ouid.ii.de remedio.
¶Ad mala quisq; animū referat sua:ponet amorē
¶Ibidem.
Erucis ¶Nec minus erucas aptum est uitare falaces:

Ruta Et quicquid ueneri corpora nostra parat:
Vtilius sumas acuentes lumina rutas
Amor Et quicquid ueneri corpora nostra negat
¶ Ouid. ix. Metha.
¶ Quo feror? obscæne ꝓcul hinc discedite flãmæ.
Amor ¶ Seneca in Hippolito.
¶ Compesce amoris impii flammas precor.
Luxuria Seneca in octauia.
¶ Totum per orbem maximum est exortũ malũ
Luxuria pestis blanda. ¶ Claudianus.
Luxuries ꝓdulce malum: quæ dedita semper
Corporis arbitriis: hebetat caligine sensus.
Vitia Tullius in paradoxis.
¶ Refrenet primũ libidies: spnat uoluptates: Iracũ
diã teneat: corceat auaritiã: cæteras aĩ labes repellat
¶ De ira. xxvi. Iuue. sat. viii.
¶ Expectata diu tandem prouincia: quũ te
ira Rectorem accipiet: pone iræ fræna: modumq;
Pone & auaritiæ: miserere inopum sociorum.
¶ Homerus. viii. iliados.
Pietas ¶ Procul hinc: procul ira recedat
Quæ turbat sapientẽ hoiem: qum falsa per artus
ira Hũanos: fumi surgit crescẽtis ad instar Pessima
¶ Homerus. xx. iliad.
iurgia Iurgia iam cessent: mos est mulieribus iste.
Quum rixas accuunt: & se clamore soluto.
Extra tecta ferunt: & uerba minantia iactant.
¶ Horatius odarum. i.
ira Iræ thyesten exitio graui
Strauere: & altis urbibus ultimæ
Stetere causæ cur perirent
Funditus imprimeretq; muris
Hostile aratrum exercitus Insolens.
¶ Ouid. i. sine titulo.
ira Sed nunq̃ dederis spatiosum tempus in iram:
Sæpe simultates ira morata facit.
¶ De gula. xxvii. Iuu. sat. xi.
Gustus Interea gustus elementa per oia quærunt,
Nunq̃ animo prettis obstantibus interius si
Preciosa Attendas magis illa iuuant quæ pluris emuntur
Nec mullum cupias cum sit tibi gobio tantum
In loculis quis enim te deficiente crumena

Cibi Et crescente gula manet exitus: ære paterno.
Ac rebus mersis in uentre
Tales ergo cibi qualis domus atq; suppellex
Inuidia ¶ De inuidia. xxviii. Ouid. iii. tristium
Viue sine inuidia Tibullus circa finẽ
Gloria Nil opus inuidia est: procul absit gloria uulgi
¶ Plinii i. epistolarum.
inuideo Neq;. n. ego ut multi: inuideo aliis bonũ: quo ipse
care o. ¶ Cicero pro Lucio Cornelio.
Est. n. huius sæculi labes: quædã & macula uirtuti
inuidere. ¶ De acidia. xxix. Iu. sat. ix.
Non erat hac facie miserabilior Crepereius
Pollio qui triplicẽ usuram prestare paratus
Circuit & fatuos non inuenit: unde repente
Tot rugæ? certe modico contentus agebas
Vernem equitam: conuiua ioco mordente facetus
Et salibus uehemens intra pomeria natis
Omnia nunc contra: uultus grauis horrida siccæ
Sylua comæ: nullus tota nitor in cute.
Vota ¶ Vota & preces agendas. xxx. Virg. vi.
Cessas in uota: præcesq; Tros ait ænea cessas.
Preces ¶ Ouid. i. de arte.
Flectitur iratus uoce rogante deus. Fast. v.
Sæpe iouem uidi cum iam sua mittere uellet
Fulmina: ture dato substinuisse manum.
¶ Pænitentiã iuuare. xxxi. Ouid. i. de pont.
Pœnituisse Sæpe leuant pœnas ereptaq; lumina reddunt:
Quum bene peccati pœnituisse uident.
¶ Seneca in thyeste.
Pœnituisse Quem pœnitet peccasse: pœne est innocens:
¶ Nõ credẽdũ cãtib9. xxxii. Ouid. i. de remedio.
Carmina Deme ueneficiis: Carminibusq; fidem.
¶ Dido Mantuana.
Magica Testor chara deos: & te germana: tuumq;
Dulce caput: magicas inuitam accingier artes.
Voluntas ¶ Solam peccandi uoluntatem haberi pro fa
cto crimine. xxxiii. Iuu. sat. xiii.
Has patitur pœnas peccandi sola uoluntas:
Cogitatio Nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum
Facti crimen habet.
Nf ¶ Virgi. vi. eosdem docet esse in tartaro.
Ausi omnes immane nefas: ausoq; potiti.

¶Festa luce non esse ue ndendum emendum ue.xxxiiii.Iuu.sat.xiii.

Lucrum

Que tam festa dies:ut cesset prodere furem?
Perfidiam?fraudes?atq; omni ex crimine lucrum
Quæsitum?& partos gladio uel pyxide nummos

¶Vindictā qri non debere.xxxy.Iu.sat.xiii

Vindicta

Quippe minuti;
Semper & infirmi est animi:exiguiq; uoluptas
Vltio.continuo sic collige:q; uindicta
Nemo magis gaudet q̄ fœmina.

¶Tullius li.vi.de rep.

¶Aias imortales.xxxvi.Oui.xv.metha.

¶Seneca in thyeste. Morte carent animæ.

Et ut mūdū ex q̄dam parte mortalē ipse deus æter nus sic fragile corpus animus sempiternus mouet.

¶Nanilius libro.iiii.

Deus Aiæ

An dubium est habitare deum sub pectore nostro?
In cœlumq; redite animas:cæloq; uenire?
Mortem aliquid ultra est:uita.

Inferna

¶Infernū esse maloꝝ pænā.xxxyii.Vir.yi.

Hac iter Elysium nobis.At leua malorum
Exercet pœnas:& ad impia tartara mittit.
Gnosius hæc thadamātus habet durissima regna:
Castigatq;:auditq; dolos:subigitq; fateri
Quæ quis apud superos furto lætatus inani
Distulit in seram commissa piacula mortem.
Hic quibus inuisi fratres:dum uita manebat:

Auari

Pulsatusue parens:& fraus innexa clienti.
Aut qui diuitiis soli incubuere repertis:
Nec partem posuere suis:quæ maxima turba est;
Quiq; ob adulteriū cæsi:quiq; arma secuti
Impia:nec ueriti dominorū fallere dextras.
Inclusi pœnas expectant &c.
Vendidit hic auro patriā:dominumq; potentem
Imposuit:fixit leges pretio:atq; refixit.
Hic thalamū inuasit natæ:uetitosq; hymeneos.
Ausi omnes immane nefas:ausoq; potiti.

pœnæ uariæ

Ergo exercentur pœnis:ueterumq; malorū
Supplicia expendunt:aliæ panduntur inanes
Suspensæ aduentos:aliis sub gurgite uasto
Infectum eluitur scelus:aut exuritur igni.

¶Seneca Tragedia.i.

Tauarus Certus inclusos tenet locus nocentes.

¶ Puniri post mortem: qui ante nõ purgarint scelus.xxxviii. Virg.vi.

Punitio in morte Gnosius hæc thadamantus habet durissima regna
Castigatq; auditq; dolos: subigitq; fateri
Quæ quis apud superos furto lætatus inani
Distulit in seram commissa piacula mortem

¶ Cicero pro milone

peccantes Et pœnam semper ante oculos uersari putent: qui peccauerint. ¶ Paradisum seu beatorum locum inueniri.xxxix. Virg.vi.

Deuenere locos lætos & amœna uirera
Paradisus Fortunatorum nemorum sedesq; beatas.
Hic manus ob patriã pugnando uulnera passi
Quiq; sacerdotes casti dum uita manebat:
Quiq; pii uates.& phœbo digna locuti
Pii Inuentas aut qui uitã excoluere per artes.
Quiq; sui memores alios fecere merendo.

¶ Impiũ displicere deo.xl. Dido Ouidia.

Impii ¶ Pone deos:& quæ tangendo sacra prophanas:
Nõ bene cæleſtes impia dextra colit. Catullus
Nec facta impia fallaciũ hominũ cœlicolis placent

¶ Seneca Tragedia.i.

impii ¶ Vt fert fama: impios supplicia uinculis
Sæua perpetuis domant.

¶ Quid orandũ a deo.xli. Iuu.sat.x.

Sanitas Fortitudo ¶ Orandũ est: ut sit mens sana in corpore sano:
Fortem posce animũ:& mortis terrore carentem:
Qui spatiũ uitæ extremũ inter munera ponat
Naturæ: qui ferre queat quoscunq; labores:
Nesciat irasci: cupiat nihil:& potiores
Herculis ærumnas credat: sæuosq; labores
Et uenere:& cœnis:& plumis Sardanapali.
Permittas ipsis expendere numibus: quid
Deus hõ Conueniat nobis: rebusq; sit utile nostris.
Nam pro iocundis aptissima quæq; dabunt dii.
Charior est illis homo q̃ sibi: nos animorum
Impulsi:& cæca magnaq; cupidine ducti
Vota Vxor Coniugiũ petimus: partumq; uxoris: at illis
Notũ qui pueri: qualisq; futura sit uxor.

¶ Syllius.iiii. ¶ Iusta ire precati

Cedes Ture pio: cædumq; feros auerti te ritus.

ira dei ¶ Ira dei quid possit.xlii.Ouid.v.tristiũ
ira dei ¶ Plus ualet humanis uiribus ira dei.
¶ Homerus.v.iliados.
Dura quidem res est mortalibus ita deorum:
Venena ¶ Venena non danda nec scelera cogitan¦da xliii.Tibullus.iiii.episto la.tertii.
Nec mea mortiferis infecit pocula succis
Dextera:nec cuiq̃ certa uenena dedit.
Cogitando Nec nos sacrilegi templis amouimus ægros:
Nec cor sollicitant facta nefanda meum.
¶ Idem.vii.epistola.tertii.
Turpia Quid queror infelix?turpes discedite curæ.
¶ Cultũ honestũ fore.xliiii.Phædra ouid.
Cultus Sint procul a nobis iuuenes ut fœmina compti:
Fine coli modico forma uirilis amat Ouid.i.đ arte
Capilli Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos:
Nec tua mordaci pumice crura teras.
Forma uiros neglecta decet.
¶ Quales esse oportet.xlv.Iuu.sat.viii.
Pater filius Malo pater tibi sit thersites:dũmodo tu sis
Aeacidæ simil s:uulcaniaq; arma capessas:
Quam te thersitæ similem producat achilles.
¶ Aleam fugiendam.xlvi.Iuu.sat.i.
Et quando huberior uitiorũ copia?quando
Alea Maior auaritiæ patuit sinus?alea quando
Hos animos?neq; enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabulæ:posita sed luditur arca.
Prælia quanta illic dispen satore uidebis
Armigero:simplex ne furor sestertia centum
Perdere:& horrenti tunicam non reddere seruo?
¶ Iuu.sat.xiiii.
Alea Si damnosa senem iuuat alea:ludit & hæres.
Ouid.i.d arte. Disce bonas artes moneo ro.iuuẽt⁹.
Artes ¶ Secundo de arte.
Amabilis Sil procul omne nefas:ut ameris:amabilis esto
Nõ eẽ publicanda malefacta.xlvii. Ouid.iii.tristiũ.
Crede mihi bene qui latuit:bene uixit:& intra
Secretarius Fortunã debet qsqs amare suã. Seneca i hippolito.
Alium silere quod uoles:prius sile.
Silenda ¶ Ouid.iii.de amoribus.
Quis furor est que nocte latent:in luce fateri:
Silentius Et quæ clam facias:facta referre palam?

¶Sacra nõ tãgẽda a pphãis.xlviii: Scdo Aenei

Puri i — Tu genitor cape sacra manu:patriosq; penates:
Me bello ex tanto digressum & cæde recenti.
Attrectare nefas:donec me flumiae uiuo
Abluero. Dido ouidiana.

Impii — Pone deos:& quæ tangendo sacra prophanas:
Non bene cœlestes impia dextra colit.

¶Non esse facimus legere uersus molles.xlix.

Lasciuia — Ouid.ii.tristium.
Non tñ est facinus molles euoluere uersus:
Multa licet caste nõ facienda legant. Catullus

Poeta — Nam castum esse decet pium poetam
Ipsum:uersiculos nihil necesse est.

¶Quare mortaliũ qdã a dei cultu aborrẽt.l.

Iu.sat.x. Oibus i terris:q̃ sunt a gradibus usq;
Auroram & gangen:pauci dignoscere possunt

Prudentes — Vera bona atq; illis multum diuersa remota
Erroris nebula:quid.n.ratione timemus
Aut cupimus? ¶Iuu.sat.xiii.
Rari quippe boni:numero uix totidem:quot

Boni — Thebarum portæ:uel diuitis hostia nili.
Sunt qui in fortunæ iam casibus oia ponant:
Et nullo credunt muudum rectore moueri

Mundus — Natura uoluente uices:& lucis:& anni.
Atq; ideo intrepidi quæcũq; altaria tangunt:
Est alius metuens ne crimen pœna sequatur.
Hic putat esse deos:& peierat:atq; ita secum:

Purgus — Decernat quodcũq; uolet de corpore nostro
Isis:& irato feriat mea lumina sistro:
Dũmodo uel cæcus teneã quos abnego nummos

Ira deorum — Vt sit magna tamẽ:certe lenta ira deorum est.

¶Syllius.iiii.

Heu primæ scelerum causæ mortalibus ægris

Deus — Naturam nescire deum:iusta ite precati:
Ture pio:cædumq; feros auertite ritus.
Mite & gnatum est homini deus.

Registrum.

¶Ascanius Quatrassus Sermonetanus.

¶Quod te uita docet q̃ sit castissima uatum
Per Mancinellum suscipe lector opus.

a b c d e f g h i. Omnes sunt q̃derni preter b c & i g sunt terni.

Hoc Opus ĩpressũ Venetiis p me Ioãnẽ Tacuinũ ide Tridino. Anno.d.M.D.VII.Die.12.Februarii